


Early European Books, Copyright © 2017 ProQuest LLC.

Images reproduced by courtesy of Bibliothèque Nationale de France, Paris





Early European Books, Copyright © 2017 ProQuest LLC.

Images reproduced by courtesy of Bibliothèque Nationale de France, Paris



Early European Books, Copyright © 2017 ProQuest LLC.

Images reproduced by courtesy of Bibliothèque Nationale de France, Paris



Early European Books, Copyright © 2017 ProQuest LLC.

Images reproduced by courtesy of Bibliothèque Nationale de France, Paris





485

Hain n° 3403

R 401

Prohemium

Sancti Thomae de aquino sup libris
Boetii de consolatione philosophie cō
mentum cum expositione feliciter incipit.

Philosophie servas oportet ut tibi contingat vera libertas. Nec sunt
verba Seneca octava epistola ad Lucillum: quia vocari philosophiam sciē
tiam veritatis recte se habet ex secundo methaphisice. Et philosophia
affert delectationes mirabiles firmitate et puritate: ex decimo
ethicorum. Et multis visa est philosophia res mirabilis et divina: ex
de celo et mundo Aristoteli. Item quod nulla scientia similis est philosophiae:
que clarificat animas et facit delectari eam in hoc seculo in persecutioe
et rectitudine: ex libro de pomis et morte. Et philosophia trahit hominem ab obscuritate ignorantie
ad sciām: a tenebris stulticie ad lucem sapie et ad claritatem intellectus: ex eodem libro
Aristoteli. Item quod philosophia a superstitione liberat: metu mortis non conturbat scōm Tul. in li.
de finibus bonorum et malorum. Ideo Seneca has et consimiles condiciones et effectus lau
dabiles philosophie auertens: hortatur nos ad servitium philosophie in propositione preposita sic di
cens. Philosophie servas oportet. Quequidem propositio potest probari multis rationibus. Primo
sic. Illi oportet servare pro cuius servitute homini contingit vera libertas: sed philosophia est homini:
igitur. Ad hoc nota: quod libertas est nobilissima conditio: quam natura humana desiderat
et affectat. Ad hoc nota per eundem Senecam: qui postquam premisit propositionem istam philosophie
servas oportet: subiungit ut tibi contingat vera libertas. Et paucis interpositis dicit. Be
niam. scilicet ipsum servare philosophie libertas est. Probatum secundo sic. Illi oportet servare quod animi
perficit: vitam disponit: actiones regit: agenda et obmittenda demonstrat: et sine quo nō
est securus: philosophia est homini: igitur et cetera. Ad hoc nota. nam iste condiciones sunt de perfectioe
hominis. Ad hoc declaratur per Senecam. xvi. epistola ad Lucillum loquens de philosophia
dicit. Nec animum format et fabricat: vitam disponit: actiones regit: et obmittenda des
monstrat: sedet ad gubernandum errantia: fluctuantius dirigit cursum: sed sine hac nes
mo est securus. Probatum tertio sic. Illi est servandum quod tradit cognitioni ultimi fini
nis magnum incrementum: philosophia est huiusmodi: igitur et cetera. Ad hoc nota: quod cognitio vlti
mi finis magnum incrementum confert ad vitam: ex primo ethicorum. Ad hoc declara
tur. Nam vltimus finis vite humane est beatitudo: cuius cognitionem philosophia tradit. Di
cit enim philosophia in tertio de consolatione prosa secunda: quod beatitudo est status omnium
bonorum aggregatione perfectus. Et in eodem tertio ostendit philosophia in quo sit vera bea
tudo: et quomodo ad eam perveniatur. Probatum quarto. Illi oportet servare quod fa
cit hominem parem deo: philosophia est huiusmodi: igitur et cetera. Ad hoc nota de se. Ad hoc pas
tet per Senecam. xlix. epistola ad Lucillum: qui dicit. Hoc enim mihi philosophia promittit ut
me parem deo reddat. Probatum quinto. Illi est servandum quod est magistra omnium
scientiarum: nutritrix omnium virtutum: summum solatium lapsorum animarum: quod est premium veri lumi
nis: et cuius exhortatio est recta sui aucte dignissima: philosophia est homini: igitur et cetera. Ad hoc nota
quod rationabiliter propter has condiciones laudabiles alicui servatur. Ad hoc declaratur. nam
philosophia est magistra omnium virtutum: ex primo de consolatione prosa tertia. ipsa est nutri
trix omnium virtutum secundo de consolatione prosa quarta. Ipsa est summum solatium
lapsorum animarum tertio de consolatione prosa quinta. Ipsa est premium veri luminis quarto



Prohemium

de consolatione prosa prima: et eius exhortatio est recta sui auctoritate dignissima quin-
to de consolatione prosa prima. Sic ergo patet propositio declarata que dicit. *phie ser-
uias oportet. Sed dices quid mihi prodest philosophia si fatum est: quid mihi prodest
philosophia si deus rector est: quid mihi prodest philosophia si casus imperat: Ad hoc
respondet Seneca. xij. Epistola sua. siue inexorabili lege fata nos stringant: siue de ar-
bitrio vniuersis cuncta disponit: siue casus actiones humanas: siue ordine permiscet: ad
huc philosophie insistendum est. Philosophia enim nos tueri habet. hec enim exhorta-
tur vt libenter deo placeamus: vt ipsum sequamur: vt continue fortune resistamus: et vt
casum feramus. Licet autem omnes homines natura scire desiderent: tamen pau-
ci de quo dolor est philosophie vacant. quod ideo contingit: quia plures omissis delecta-
tionibus interioribus ad delectationes refugium corporales. Non tamen oportet de-
lectationes corporales esse eligibiliores interioribus: quia delectationes corporales im-
pediunt a summo bono: interiores autem ad id promouent. Unde Boetius in tractatu
de summo bono dicit. dolere debent qui delectationibus sensualibus detinentur bona
interiora omitendo. Nam dediti bonis sensualibus summa bona non attingunt. Quos
homines sensuales Boetius quarto de consolatione prosa quarta comparat vesperilio-
nibus dicens. Nequeunt enim oculos suos tenebris assuetos ad lucem perspicue verita-
tis attollere: similesque sunt aibus quarum intuitum nox illuminat: dies excecet. Et licet
homines sensuales et vulgares non magnificent nomen philosophie: sed magis blasphemant:
nihilominus tamen philosophia in sua dignitate perseuerat: teste Seneca. xiiij. epis-
tola ad Lucillum. Nunquam inualescet ad tantum malicia neque ad tantum exceditur contra
virtutes: vt nomen philosophie sacrum et venerabile permaneat. Sed dices philosophi
phari non valeo: quia pauper sum: si diuitias habuero totum me phie dabo. et hoc vide-
tur rationale: quia natura per se non est sufficiens ad speculandum: sed oportet cibum
et potum et reliquum famularum preexistere. et pro tanto sacerdotes in egypto habitis ne-
cessariis propter ammirari ceperunt philosophari. Hec excusatio ratione paupertatis non
valet. Audi Seneca. xvij. epistola ad Lucillum: qui dicit. Non est quo nos paupertas a phia
reuoceat. toleranda enim est fames quam tolerauerunt quidam in obsidionibus. et quid
aliud erat premium patientie illorum quam in arbitrium non cadere scilicet inimicorum. pro
magis est quod promittitur perpetua libertas nullius hominis timor: et quod animum
liberat a furoribus. multis enim ad philosophandum obstiterunt diuitie. Paupertas autem
expedita secura est. si vis animo vacare pauper sis oportet. aut pauperi similis: quia non
potest studium salutare fieri sine cura frugalitatis. frugalitas autem est voluntaria pau-
pertas. hec Seneca. Verum est igitur ad philosophandum exiguntur necessaria: sed suffi-
ciunt homini pauca. non enim oportet futurum felicem deum terre et maris esse: quia
tura paucis minimisque contenta est: ex secundo de consolatione prosa quinta. Proice ergo
omnia a te et ad philosophiam magno cursu totisque viribus intende. hec Seneca. xvij.
epistola ad Lucillum. Philosophie ergo seruias oportet: vt tibi contingat vera libertas:
vt tibi contingat vera securitas: vt tibi innotescat felicitas: vt par deo fias: et precipue
vt in aduersitatibus et tribulationibus positus per ipsas verissime consolaris: exemplo Boe-
tium quem phia in exilium relegatum: ab omnibus bonis pulsum: dignitatibus exutum: mul-
tis miseris afflictum dulcissime consolabatur. de cuius phie consolatione agitur in libro
Boetii qui intitulatur liber de consolatione philosophie: de quo ad presens nostra est in-
tentio. Hec sufficiant de introductione huius libri. Sed antequam ad litteram accedamus
quinq; sunt premitteuda. Primum de causa suscepti operis. Secundum de causis*

Prohemium

huius libri. Tertium de titulo huius libri et eius expositione. Quartum de causa intitu-
lationis presentis libri. Quintum de generali summa et sententia huius libri. Circa pri-
mum videlicet circa causam suscepti operis quare Boetius hunc librum conscripsit est
sciendum: quod Boetius vir eximius consul romanus fide catholicus extitit: qui disputans
de fide catholica contra duos hereticos. scilicet contra Nestorium et Euticem cum nullus es-
set qui eis resisteret: Boe. ipsos in communi consilio deuicit: sicut patet in libro de dua-
bus naturis in christo. Tempore vero Theodorici regis gottorum cum idem Theodosi-
ricus tyrannidem suam contra romanos vellet exercere: et quoslibet bonos opprimere:
Boetius virtute dei armatus plus omnibus alijs sibi restitit: et quos tyrannica rabies
inuaserat: Boetius amore iusticie exponens se periculis ipsos liberauit. Videns autem
Theodoricus rex gottorum solum ipsum Boetium sibi resistentem cogitabat qualiter
ipsum perderet: et cum iustam causam contra eum non inueniret: duas falsas causas co-
finxit. Dixit enim Boetium impediuisset quendam delatorem sibi litterarum que contine-
bant accusationem senatus romanorum: ut sic senatus redderetur reus lese maiestatis.
Hanc causam tangit Boe. prosa quarta huius primi dicens. Delatorem ne documenta
deferret quibus senatum maiestatis reum faceret impedisse criminamur. Secundo ac-
cusabatur Boe. quod quasdam litteras direxisset ad imperatorem constantinopolitanum
per quas restitueret libertatem pristinam ipsis romanis. hanc causam tangit Boe. eas-
dem prosa sic dicens. Nam de compositis falso litteris quibus libertatem arguor speras-
se romanam: quid attinet dicere his de causis Boe. per viles personas et infames accu-
satus: indefensus reus est iudicatus: et a rege theodorico papie in exilium relegatus. Boe-
tius autem in exilio positus preteritam prosperitatem secum reputans et presentem ad-
uersitatem considerans: ne aliquis homo in simili statu positus desperaret: sed unde con-
solaretur haberet: philosophicam consolationem composuit contra mutabilitatem for-
tune. Ex quibus dictis patet quod causa suscepti operis est illa: quatenus Boetius se in exi-
lium relegatum: ab omnibus bonis depulsum: dignitatibus exutum: philosophice se tue-
reretur volens consolari quemlibet hominem in simili statu positum: ne desperet similiter
esse contuendum. Secundo videndum est de causis huius libri: cuius causa efficiens fu-
it Boe. qui describens materiam huius libri vitur tam prosa quam metro: imitatus mar-
cianum felicem capellam: qui inde scribendo nuptias mercurij et philogie hoc stilo usus
est: de quo fit mentio ubi dicitur. Egregiam sobolem cui per stilbondis amorem. Ci-
superum magna sociasti teste capella. Licet ille liber Boetij multum excellat librum mar-
ciani tam nobilitate materie quam privilegio eloquentie. Boetius enim nec Tullio in prosa
nec Virgilio in metro minor reputatur. Citatur autem Boe. in hoc libro prosa in qua po-
nit rationes ad consolandum Boetium: probando quod non sit dolendum de amissione re-
rum temporalium. Citatur autem metro delectabili: ut dum audiat meror oblivioni tra-
datur. Causa materialis huius libri est philosophica consolatio ordinata ad contemptum
mundanorum et ad appetitum summe felicitatis: vel philosophica consolatio persua-
dens neminem extolli in prosperis: nec deprimi in aduersis. vel aliter causa materialis si-
ue subiectum huius libri est status miserabilis Boe. philosophica consolatione superin-
ducta. Causa formalis tractandi huius libri consistit in eius divisione de qua videbitur post
Causa autem formalis tractandi est modus agendi Boetij: et est dialogus id est sermo
duorum. introduxit enim Boetius in hoc libro duas personas: scilicet seipsum suam mi-
seriam deplangentem: et phiam sibi condolentem: et ipsum super sua miseria consolantem:
et hoc est rationale. Nam secundum beatum Gregorium. Verus ordo consolationis
est ut cum volumus aliquam a merore suspendere. primo studeamus luctui eius commo-

Prohemium

dare. vel ideo causa formalis est dyalogus: quia in quadam parte huius primi libri philosophia introducit fortunam ipsum Boetium alloquentem: ubi incidit quedam figura tropi que vocatur ethopeia: de qua dicit grecissimus. Ac introducit aliquos ethopeia loquentes. Et cum fortuna loquitur boetius ipsa. Vel potest dici secundum communiter loquentes: quia causa formalis tractandi est quintuplex: diffinitiva: diuisiva: probatiua: im probatiua: exemplorum positiua: sicut videbitur in libro. Causa finalis huius libri est: ut ipso cognito nos ipsos et quoslibet alios in aduersitatibus et tribulatione positos philosophica consolatione tueamur: et ne extollamur in prosperis et deprimamur in aduersis. Tertio videndum est de titulo huius libri et de eius expositione. Unde sciendum quod titulus secundum Remigium super Donato est clavis siue ingressus operis sequentis. et dicitur titulus a titano quod est sol. sicut enim sol illuminat mundum sic titulus librum. Et preponitur titulus libro ad consummationem operis: et ad laudem auctoris. Est ergo titulus presentis libri talis. Auitij: Maulij: Torquati: Seuerini: Exconsulis: Patricij: Ordinarij: Boetij viri illustris incipit liber de consolatione philosophica. Sed queritur quare tot nomina propria ponuntur in titulo: Dicunt aliqui quod forte fuit consuetudo romanorum: ut sic nomina ascriberent suorum auorum et predecessorum. vel aliter potest dici quod plura nomina ponuntur in titulo propter honorem et laudem ipsius Boe. quia secundum Senecam in libro de clementia ad Nerones. Multa cognomina honori data sunt. Sicut enim vilis persona non vult nominari nisi vno nomine: quia quanto plus nominatur tanto plus cognoscitur et tanto magis sordescit: sic honesta persona vult nominari pluribus nominibus: ut sic magis innotescat et clarescat alijs sua fama. nam omne bonum in commune deductum magis elucescit. Exponitur autem iste titulus sic. Boetius dictus fuit auitius a quodam nobili romano sic dicto de cuius genere ipse fuit. vel dictus auitius quasi inuictus: ab a quo est sine et vicis victoria. Nunquam enim Boetius vici potuit ut flecteretur a iure ad iniusticiam: sicut ipse testatur quarta prosa huius primi libri: dicens. Nunquam a iure ad iniuriam me quisque detraxit. Secundo Boetius dictus fuit mauius: quia de genere maulorum fuit qui erant nobiles romani. Tertio Boetius dictus fuit torquatus a quodam nobili romano sic dicto: qui cum singulare bellum intret cum quodam de gallia ipsum deuicit: et torquem in collo habentem sibi abstulit: cuius ratione dictus fuit torquatus: de cuius genere fuit Boetius. Quarto Boetius dictus fuit seuerinus a seueritate. Seuerus enim fuit cum theodorico regi gottorum se opposuit. vel dictus seuerinus quasi sequens veritatem. nunquam enim in iudicijs vel amore vel odio flecti potuit a veritate. Quinto Boetius dictus fuit exconsul: quasi vnus ex consulibus romanorum. vel exconsul quasi extra consulatum positus quem prius habuisset. Exconsulares dicebantur qui iam deposuerant consulatum: et licet ab honore consulatus cessarent: tamen postea plus alijs in magna reuerentia habebantur. Sexto dictus fuit patricius a nobilissimo romano sic dicto de cuius genere fuit Boetius. vel alio modo. Patricij dicebantur nobiles romani qui prouidebant reipublice sicut pater filio: quorum nomina scripta erant aureis litteris: et ideo dicebantur patres: de quorum numero vnus fuit patricius Boetius: propter quod dictus fuit patricius. Septimo dicebatur ordinarius: quia reipublicam ordinauit. vel aliter. Ordinarij dicebantur qui tante dignitatis erant: ut quolibet ordine digni essent: et sic fuit Boetius. Octauo nomine proprio dictus fuit Boetius: quod interpretatur adiutor: quia in necessitate pauperibus subueniebat. Quarto videndum est de causa intitulationis huius libri. Intitulatur iste liber de consolatione philosophica. Ubi sciendum philosophica consolatio dicitur rationabilis demonstratio declarans: de cuius amissione non est

Metrum primum

dolendum: et de cuius possessione non est gaudendum: Et quia hoc pertractatur in presenti libro: ideo sic intitatur. Quinto videndum est de generali summa huius totius libri. Ubi sciendum quod Boetius in hoc libro ostendit bona temporalia esse transitoria et non consistere totaliter in eis totalem veram felicitatem: et per consequens non est dolendum de eorum absentia: nec gaudendum de eorum presentia: et neminem debere extolli in prosperis: nec deprimi in aduersis. Ostenditur etiam in presenti libro quid sit summum bonum: ubi sit situm: et quomodo ad ipsum perueniatur. Etiam ostenditur quod boni semper sunt potentes: et mali semper sunt impotentes: et quod bonis nunquam desunt sua premia: malis nunquam sua supplicia. Post hoc ostenditur quid sit diuina providentia: quod casus: quod fatum: quod liberum arbitrium. Et ponit Boetius rationes quibus probat liberum arbitrium non posse stare cum providentia diuina. et ponit quorundam falsam solutionem et eam improbat. postea ostendit veram solutionem: quam rationibus confirmat. Ista et alia plura pulchra determinantur in hoc libro: sicut patebit in sequentibus.

Anicii. Paulij. Torquati. Seuerini. Boetij.
Ordianij. Patricij viri Exconsulis de consolatione
philosophie Liber primus feliciter incipit.

Metrum primum heroicū elegiacum.

Armina qui quondam studio
florente peregi.
Flebilis heu mestos cogor
uire modos.

incipit hic. Carmina. Secundus liber incipit ibi. Post hec paulisper. Tertius ibi. Iam carum illa finiuerat. Quartus ibi. Hec cum philosophia. Quintus ibi. Dixerat orationisq;
cursum. Quid et de quo agatur in quolibet libro patebit loco suo. Primus liber diuiditur in. xiiij. partes: quia huius primi libri sunt septem metra et sex prose: que partes partebunt. que autem sit materia et intentio cuiuslibet partis similiter patebit. Notandum autem quod primum metrum huius primi libri vocatur elegiacum. Est autem metrum elegiacum quod constat ex vno versu exámetro id est sex pedum: et alio pentámetro id est quinque pedum. Et dicitur elegiacum ab eleyis quod est miseria. elegia est enim miseria. Metrum enim elegiacum inuentum fuit pro describenda miseria: quamvis eo hodie aliqui vtuntur ad alia describenda. vnde Horatius. Vtibus impariter cinctis querimonia primum. Post hec incusa est voci sententia compos. Quis autem fuerit primus adinuentor talis metri elegiaci dubitatur. vnde Horatius. Quis tamē exiguos elegos emiserit auro. Grammatici certant: et adhuc sub iudice lis est. Et diuiditur hoc primum in quatuor partes. Primo Boetius deplangit statum sue miserie ex parte permutationis

a. iij



Armina quod quondam studio
florente peregi. Presens
liber Boetij prima
sui diuisione
diuidit in quinque

partes: secundum quod ponit
quique libros partiales quos
continet. In primo conques
riturisse miseris subiectum.
In secundo ponit remedia
consolatiua. In tertio deter
minat de vera felicitate: in quo
sit sita: et quomodo ad eam
perueniatur. In quarto mo
uet quasdam questiones ipsi
philosophie. In quinto des
terminat de casu et providen
tia diuina. Primus liber in



Liber primus

studij. Secundo ex parte defectus corporalis. Tertio ex parte prolongationis vite miserabilis. Quarto apostrophat contra suos amicos. secunda ibi. gloria felicitas. tertia ps ibi. mors hominum felix. quarta ibi. quid me felicem. primo facit quod dictum est. secundo approbat dictum suum ibi. Ecce mihi lacere. dicit primo. Ego Boe. qui quondam tempore prosperitatis studio meo florente peregi; id est composui carmina supple delectabilia et iocunda: nunc tempore aduersitatis: flebilis id est dignus ut desleas: vel flebilis id est tristis cogor inire id est inchoare: mestos modos id est tristia metra de mea miseria. Notandum sicut dictum fuit prius Boetius utitur in hoc libro tam prosa quam metro. metro quia talis modus scribendi magis fuit conueniens sue materie. sicut est potio curatiua que amara est delectabilius sumitur si fuerit aliqua dulcedine permixta: sic ratione philosophie in prosa tradite liberius a Boetio suscipiuntur: si fuerit iocunditate metri dulcorate. Et ideo Boetius nunc utitur metro nunc prosa: quia alternatis utri delectabilius. unde auctor poetie. Quod sapit insipidum viciosa frequentia reddit. Item nota quod Boetius incipit librum suum a metro non a prosa: quia modus scribendi metricus magis fuit vsitatus apud antiquos quam prosaicus. vel ideo quia metrum est delectabilius prosa. ut ergo magis alliciat audientes ad suum librum: ideo in principio libri utitur metro. Item nota circa litteram quod carmina vno modo dicuntur scripta metrica certis pedibus mensurata. alio modo dicuntur quecumque dicta vel scripta etiam prosaica que sunt de re delectabili. Boetius autem florente studio composuit ut plurimum carmina prosaica de re delectabili. Edidit enim quedam carmina philosophica: quedam logicalia: quedam theologialia: sicut patet respicienti eius diuersos libros. tempore autem aduersitatis cogebatur Boetius ad componendum carmina metrica tristia. Item nota studium est vehemens applicatio animi ad aliquid agendum cum bona voluntate. dico cum bona voluntate: quia in maliuolam animam non intrabit sapientia. hec Salomo. Et perfectio discipuli in tribus consistit ex boetio de disciplina scholarium: in attentione: docilitate: et beniuolentia. Homini enim volenti scientiam et non: ut oportet studentem impossibilis est possessio boni. Eustratius primo ethicorum. Item nota quod duplex est studium: florens et aridum. Ad studium florens tria exiguntur. Primo requiritur iuuentus: quia iuuenes perspicaciores sunt senibus. senes autem magis sunt immemores. Secundo requiritur habitus necessariorum: quia natura non est per se sufficiens ad speculandum: sed oportet necessaria existere: ex quarto ethicorum. Tertio requiritur animi tranquillitas que contingit per sedationem passionum: quia anima quiescens et res fidens fit prudens. vij. physicorum. Ubi enim passionibus dominatur: ibi intellectus obscuratur: ideo boetius in fine huius primi hortando nos ad fugam passionum dicit. Gaudia pelle: pelle timorem. Spemque fugato: nec dolor adsit. Nubila mens est vincitque frenis hec ubi regnant. Studium autem est ad quod concurrunt oppositae conditiones: scilicet sequester: necessariorum defectus et animi perturbatio. Nota quod verius de miseria dicuntur mesti modi. dicuntur enim modi a modulando: quia pedibus modulantur. et dicuntur mesti modi ratione materie: quia sunt de tristi materia: scilicet aduersitatis. Nota quod in primis duobus versibus notatur antithesis id est contra positio. dicitur enim in primo versu quondam peregi: cui contrariatur in secundo versu cogor inire id est inchoare. Item dicitur in primo versu florentie studio: cui contrariatur in secundo flebilis. Item dicitur

Ecce mihi lacere dictat scribenda camene
Et veris elegi fletibus ora rigant.

hinc ego flebilis cogor inire: magis mestos modos: mestus modulatus qui quondam florenti: luto vel roado studio

In primo versu carmina supple iocunda: cui contrariatur in secūdo mestos modos. Itē notandum q̄ Boetius rationabiliter deplangit statum suum ex parte permutatiōis studij philosophici quod versum fuit in studium poeticum quo nunc cogebatur vti. Propo-
suit enim Boetius dolorem suum metricē conscribere et non philosophice consolari. nam studium philosophicum est studium veritatis; quia secundo metaphisice vocari phi-

losophiam scientiam veri-
tatis recte se habet. Studis-
um autem poeticum est studium falsitatis. nam ex pro-
hemio metaphisice secun-
dū prouerbiū mentiuntur mul-

**Has saltē nullus potuit peruicere terror.
Ne nostrum comites prosequerētur iter.**

ta poete. Itē per studium philosophicū acquiritur beatitudo: ex .x. ethicorum. Per stu-
dium autem poeticum falsitatis certitudo: ex secundo metaphisice. Ecce mihi lacere.
Dic Boetius approbat dictum suum. dixit enim q̄ cogatur inire mestos modos: hoc
iple probat. secundo respondet questioni ibi. has saltem. primo dicit bene dixi q̄ cogor
inire mestos modos: ecce demonstratio huius ad sensum. nam camene id est muse poes-
tice lacere id est lacerātes mentes hominū: ille dictāt mihi scribenda supple carmina mes-
trica et elegi id est versus miserie quos muse mihi dictant illi rigāt id est humectant ora
id est faciem meam veris fletibus. Notandū q̄ secundum poetas. ix. finguntur fuisse
muse in monte elicone iuxta fontem cabalinum: de quo fonte loquitur Persius in princi-
pio libri sui dicens. fonte cabalino et cetera. Que muse finguntur poete ministrasse sciē-
tiam componendi carmina metrica: et iste muse poetice vocabantur camene quasi canē-
tes amene: eo q̄ multum delectant homines ratione metri. Nota q̄ ille muse poetice
dicuntur lacere actiue: quia lacerant id est distrabunt mentes hominum subitientes ip-
sas diuersis passionibus: nunc passioni amoris: nunc doloris: sicut patet per Quidium
de amore tractantem et per alios poetas. vel dicuntur lacere passiuē ratione poematur
suorum: que poemata dicuntur lacera: quia non sunt firmitate rationis stabilita. Ubi
notandū q̄ quedā carmina dicuntur integra: quedā lacera. Integra sunt carmina philoso-
phica nulla falsitate permixta: sed firmitate rationū stabilita et animum firman. Lace-
ra sunt carmina poetica que non instruunt hominem nec consolantur: sed lacerāt id est
distrabunt mentes hominum: nunc reducendo hominē ad memoriam voluptates: nunc
dolorem: nunc alias passiones. Item notandum versus elegi principaliter inuenti fue-
runt propter miseriam describendā: et quia hos versus muse dictabant boetio per quos
Boetius magis suam miseriam reduxit ad memoriam q̄ per eos consolarentur: ideo ele-
gi erant causa ipi Boetio veri fletus. Item notandum duplex est fletus: adulatorius et
verus. adulatorius qui est fictus qualis est fletus amasie. Si enim dixerit amasius ad
amasiā non diligis me: ipsa incipit flere quare vt per fletum firmiter ipsum possit tene-
re. cum autē nummos non poterit extorquere ab ipso dicit. vade gartio: te nō noui ve-
re. alius est fletus verus: qui ex vero cordis dolore et ex vera pietate procedit: et ad talem
fletum Boe. prouocatus fuit per musas dictantes sibi carmina. Notandū q̄ hec dictio
elegi potest exponi dupliciter. vno modo q̄ teneatur nominatiue: et tūc est sensus elegi. i.
versus miserie rigant ora mea fletibus. alio modo q̄ teneatur genitiue: et tūc est sensus
camene rigāt veris fletibus ora elegi. i. miseri hominis: quia elegus a. um. i. misera-
rum. scdm huguionē. Has saltē nullus. Dic Boetius respondet tacite questioni. Que-
reret aliquis quomodo muse dictant tibi carmina scribenda cum sis in exilium relega-
tus: quia intrasti sine omni comitiū. Ad hoc respondet Boetius. Licet omnes amici

mei dereliquerunt me in exilio propter timorē imperiales: tamen has musas nullus error imperialis potuit vincere quin sequerentur nostrum iter vsq; in exilium dicentes nobis carmina. Notandum licet bona exteriora possint auferri ab homine per violentiam: sicut per furtum: per rapinam. per incendium: tamen scientia non potest auferri ab homine. non enim scientia violentia auferitur: nec vetustate consumitur: nec tristitia minuitur. vnde Seneca. ix.

Epistola ad Lucillum recitat: q; cū Stilbon capta patria: amissis liberis: amissa uxore sua & alijs bonis: solus ab incendio exierat: res

**Gloria felicis olim viridisq; iuente:
Solantur mesti nunc mea fata senis.**

quisitus fuit a Demetrio nunquid omnia perdidisset. respondit nihil perdidit: sed omnia bona mea mecum sunt: iustitia: virtus: & prudentia. & hoc innuit Boetius dicens. Adusas se non reliquisse. vnde etiam Alanus de planctu nature de scientia dicit. Super omnem possessionem generosa emanat possessio que sperata colligitur: erogata reuertitur: publicata suscipit incrementum: per quam nobilis thesaurus secretis penetralibus nascitur: effectus eterne delectationis acquiritur. Hec est sol per quez mens deicit a tenebris cordis oculos deliciosa animi paradus. hec immortalē ex mortali facit: & caducum hominē in deū deifice mutationis auctoritate conuertit. Nota circa hanc dictionē saltem q; tres dictiones proferri possunt per tim: que deberent proferre per tem. vnde profertur saltem pro saltem: timpus pro tempus: extimplo pro extemplo: quod est contra Duguitionem qui dicit. Tim tria detestor extimplo timpora saltem. Gloria felicis. Dic Boetius deplangit statum suum ex parte defectus corporalis. Et primo proponit euz in generali. secundo in speciali. secunda ibi venit enim. dicit primo quondam consolabatur me gloria felicis id est prospere iuuentutis: & gloria viridis iuente id est delectabilis iuuentutis: sed nunc fata id est euentus mesti senis id est tristis senectutis solantur id est consolantur mea id est meam partem: quasi diceret prius consolabar dulci iuuentute: nunc autem consolor tristi senectute. secundum illam sententiam sic exponitur littera. Gloria felicis iuente id est prospere iuuentutis viridis id est delectabilis iuuentutis olim id est quondam supple consolabatur me nunc fata id est euentus mesti senis id est tristis senectutis solantur mea id est meam partem. Notandum q; communiter illa littera aliter exponitur referendo eam ad musas poeticas sic. Camene que quondam tempore iuuentutis erant gloria felicis & viridis iuuentutis. quod dicitur pro tato: quia iuvenes olim solebant informari in arte poetica in qua proficientes gloriabatur in vsu metroz & rignoz: nunc autem camene solantur mea fata inq; mesti senis. Notandum q; felix iuuentus est que bonis exterioribus est adornata: de quibus bonis loquitur Aristoteles circa principium libri de bona fortuna dicens. Sine rebus exterioribus quarum fortuna est domina non contingit esse felicem: sed viridis id est delectabilis iuuentus est illa que bonis nature ē decorata: scilicet fortitudine: pulchritudine: et agilitate. Unde Aristoteles in ethicis. non omnino felix est qui specie turpis aut solitarius: aut carens prole. Nota q; Boetius representat in se statum miserie cum dicit fata mesti senis se consolari: cum minime hominem consolantur: sed magis perturbant. etiam cum dicit musas poeticas se consolari similiter representat statum miserie: quia muse poetice non cedent alicui in solatium: sed potius in alimentum doloris. Item de significationibus fati ponit Duguitio duos versiculos dicens. Constellatio mors

Adetrum primum

parce responsa deorum. Euentus rerum signantur nomine fati. Venit enim properata malis. Hic Boetius declarat in speciali defectum corporalem dicens. Bene dico q̄ facta ineste senectutis nunc consolantur me. enim pro quia senectus inopina id est inopinata per appocopaz properata id est festinata venit in malis id est cum suis malis et inco-

Venit eiz properata malis inopina senectus
Et dolor etatem iussit inesse suam
Intempestiui funduntur vertice cani
Et tremit effeto corpore laxa cutis.
Mors hoiz felix que se nec dulcibus anis
Inferit. et mestis sepe vocata venit.

modis et dolor supple quem parior iussit inesse id est induxit mihi suam etatem. per qd̄ inuitur q̄ non solum etas inducit dolorem: sed econuerso dolor inducit et causat etatem et senium. Et tunc Boetius ponit duo signa sue senectutis dicens. cani supple capilli intempestiui id est ante debitum tempus funduntur in vertice id est in capite meo. Aliud signum senectutis ibi q̄ cutis mea laxa id est soluta tremit cor-

porē effeto id est carne consumpta et euacuata. Nota q̄ hominem senem multa mala et incommoda circūuentunt. nam pellis eius contrahitur: cor eius concutitur: pulmo eius debilitatur: lumbi eius indurantur: dorsum incuruatur: membra tremunt. Unde poeta dixit. Optamus senius: dum venerit est male ventum. Hoc est gilbosum surdū cecumq̄ morosum. Propter hoc dicit Boetius: q̄ senectus venit mihi cum suis malis. Nota circa illam partem et dolor etatem: q̄ triplex est causa senectutis: scilicet etas: infirmitas: et aduersitas. Senectus que inducitur per etatem naturalis est: que autem inducitur per infirmitatem vel aduersitates accidentalis est: qualis senectus fuit in Boetio: qui senue- rat propter multitudinem doloris et tristitie. Notandum q̄ canities Boetii fuit intempestiua. Duguitio dicit intempestiuum est quod est incongruum: inconueniens: inutile vel sine tempore. Unde intempestiuum dicitur illud qd̄ non habet ydoneuz tempus vel quod non est conueniens p̄ tēpore: et quia Boetius iuuenis erat etate: et cum senuerat ex aduersitate: iam canities eius fuit intempestiua. Nota q̄ in iuuenibus cutis est densa propter multitudinem sanguinis: ex quo sanguine generatur caro: sed quia sanguis diminuitur in senibus: diminuitur etiam caro in eis: ideo cutis senum est laxa. Notandum circa hoc vocabulum effeto q̄ ipsum tractum est a mulieribus pregnantibus: que cum pepererint dicuntur effete id est fetu euacuate. unde dicit Duguitio q̄ fetus est natus mulieris adhuc in utero existēs. et dicitur a foueo ues q̄ ibi foueatur. inde fetus ratur. id est plenus natura. unde effetus id est debilis quasi sine fortitudine virum vel viribus euacuatus: inde fetosus fetosa fetosum id est plenus fetu. Unde in psalmo. Ues eorum fetose id est plene fetu. et senes possunt dici effeti quasi extra fetum positi: quia senectus non est apta ad generandum fetum. Mors hominum felix. Hic Boetius deplangit statum suuz ex parte durationis vite miserabilis. Et primo premitit que mors hominum sit felix et que non. et dicit sic. Illa mors est felix que nec inserit id est non immittit se dulcibus annis id est temporibus prosperis cum delectat hominem vivere. Similiter illa mors est felix que sepe vocata venit: mestis supple annis id est tristibus annis: quia in annis aduersitatis miseri consueuerunt vocare mortem. Tunc ostendit que mors hominum sit crudelis dicens. Deu q̄ surda aure id est reclusa aure:

Liber primus

seua mors id est crudelis auertitur id est spernit miseros homines et negat id est non vult claudere flentes oculos eorum: quasi dicat crudelis mors est: que non permittit miseros mori. et dicit flentes oculos per hoc innuens quod in morte oculi hominum clauduntur: et tunc Boetius deplangit prolongationem sue vite dicens. Dum fortuna malefida id est perfida mihi faueret id est arrideret leuibus id est transitorijs bonis tristis hora supple mortis pene merferat id est oppresserat meuz caput: quasi diceret tempore prosperitatis se accelerauit mors opprimere me: nunc autem quia fortuna nubila id est aduersa mutauit fallacem vultuz impia id est misera vita protrahit id est plongat moras supple viuendi ingratas id est odiosas mihi: quia propter miseriam tenebat ipsum Boetium viuere. Nota quod licet secundum vulgares et secundum apparentiam hec sententia de morte felici et crudeli videtur vera: tamen secundum rei veritatem est falsa: quia mors etiam tempore prosperitatis potest esse bona. nam secundum Senecam optimum est mori cum delectat viuere. et tempore aduersitatis potest mors esse mala: quia aduersitas sepe inducit desperationem. Boetius autem representando statum miseri hominis hanc sententiam ponit tanquam veram. Notandum quod mors vel comparatur ad vitam presentem vel futuram. Primo modo illa mors dicitur felix que fugit tempore prosperitatis et accelerat tempore aduersitatis. Si autem comparatur mors ad vitam futuram: tunc ipsa potest dici bona et mala tempore prosperitatis et etiam aduersitatis: quia si mors ducit ad gloriam dicitur bona: si ad penam dicitur mala. Notandum secundum Remigium super donatum heu aliquando est monosyllabum: aliquando dyssyllabum sicut metri necessitas requirit. vnde in proposito est disyllabum dicendo: heu quod surda miseros auertitur aure. Notandum quod hoc verbum auertor quandoque est passiuum constructum cum ablatiuo mediante prepositione: vt dicendo auertor a te: et idem est quod remoueo. aliquando est verbum deponens constructum cum accusatiuo: vt dicendo auertor te: et tunc idem est quod sperno te: et sic accipitur in proposito: cum mors auertitur id est spernit miseros. vnde versus. In vi passiuu notat auertor remoueri. Si sit deponens auertor spernere signat. Notandum Boetius appellat fortunam malefidam quia est deceptiua. vnde Seneca. Neminem aduersa fortuna comminuit nisi quem fecunda decipit. et alibi Seneca. fortuna nemini seruat fides: nulli obesse semel contenta est. quem nimium fouet hunc stultum facit. Nota fortune bona dicitur leuia quia transitoria. Non enim perdurat circa hominem secundum Senecam. Illud non est tuum quod fortuna fecit esse tuum. Donum enim quod dare potuit: potuit et auferre. Notandum quod Boetius appellat fortunam nubilam id est obscuram siue cecam. depingebatur enim antiquitus fortuna ceca: quia ex improviso accedit et recedit. vel quia cecum reddit hominem extollendo eum in prosperis et deprimendo in aduersis. Notandum quod Boetius dicit fortunam olim circa se mutasse fallacem vultum: quia fortuna olim depingebatur duplici facie: anteriori alba: posteriori autem parte nigra. per albam designabatur prosperitas: per nigram aduersitas. mutauit ergo fortuna circa Boetium fallacem vultum prosperitatis: postea ostendit ei vultum aduersitatis

Heu heu quod surda miseros auertitur aure
Et flentes oculos claudere seua negat
Dum leuibus malefida boi fortuna faueret
Pene caput tristis merferat hora meuz
Nunc quod fallacem mutauit nubila vultum
Protrahit ingratas impia vita moras

Liber primus

intellectuales faciens cadere sensuales: ideo ipsa describitur stetitisse. Et dicitur stetitisse supra verticem: quia philosophia in anima intellectiva que non habet organum in vertice. Nam anima intellectiva nullus organi corporalis est actus. Vel dicitur ideo stare supra verticem: quia de supero cardine elapsa venit: ut dicit Boetius tertia prosa huius primi. Notandum philosophia dicitur reuerendi vultus: quia suos possessores reuerendos facit. Nam secundum Ciceronem sola sapientia est que meretur honores. Item secundum Ciceronem reuerentia est decet ac matura gravitas que habetur per philosophiam: ergo dicitur reuerendi vultus. Notandum illud quod est ardens est penetratum: et quia per rationes et intellectum que sunt oculi philosophie penetramus intima rerum et quidditates earum: ideo philosophia dicitur apparuisse ardentibus oculis. Et quia per philosophiam speculamur ea que vulgares et communes non speculantur: ideo dicitur habuisse oculos perspicaces ultra communem hominum valentiam. Notandum color viuidus est color naturalis pulcher et delectabilis: et quia philosophia in se pulcherrima est: cum sit res mirabilis et diuina et delectabilis: quia mirabiles affert delectationes: ideo describitur apparuisse in viuido colore. Item philosophia apparuit inexhausti vigoris: quia philosophia cum sit perpetua exauriri non potest. vel ideo inexhausti vigoris: quia quantumcumque homo cognoscat de philosophia: adhuc restant plura cognoscenda: quod patet ex diuersitate opinionum in philosophia: quarum una destruit aliam. Item quia philosophia est eterna et precesserat istum Boetium: ideo dicit eam non fuisse sue etatis. Notandum tres sunt partes philosophie essentielles ex sexto methaphisice: naturalis: mathematica: et diuina. Secundum naturalem philosophiam dicitur philosophia se cohibere ad communem mensuram hominum in quantum tractat de naturalibus: que communiter via sensus cognoscuntur inter que natura hominis est summum ad quod peruenitur. Dicitur autem philosophia pulsare celum quo ad mathematicam. id est quo ad astronomiam in quantum tractat de motibus et figuris astroꝝ. Dicitur autem penetrare celum quo ad methaphisicam in quantum dirigit in cognitionem dei et substantiarum separatarum. Et dicitur philosophia frustrare intuitum hominum respicientium: quia perfectam cognitionem substantiarum separatarum in hac vita habere non possumus. Nam sicut se habet oculus nicticoracis ad lumen solis: sic intellectus noster ad manifestissima in natura: ex secundo methaphisice. Vestes erant tenuissimis filis. Sic Boetius describit philosophiam quantum ad habitum exteriorem. Primo quantum ad materiam vestium. Secundo quantum ad picturam vestium. Tertio quantum ad violentiam vestibus illatam: et legantur partes simul. Dicit primo. Vestes philosophie erant perfecte tenuissimis. id est subtilissimis filis: et erant ex subtilissimi artificio et ex mate-

Prosa prima

ria indissolubili: quas vestes ipsa texerat proprijs manibus: vti proficit ego cognoui eadem philosophia prodente id est reuelante mihi in tertia prosa huius primi: quarum supple vestium speciem id est pulchritudinem: quedam caligo id est obscura ignorãtia neglecte vetustatis id est negligentie veterum obduxerat id est obfuscauerat veluti solet supple obducere caligo fumosas imagines id est in fumo stantes. Tunc ostendit quid

simis filis: subtili artificio: idissolubili materia perfecte: quas vti post eadem prodente cognoui suis manibus texerat. Quarum speciẽ veluti fumosas imagines solet caligo quedam neglecte vetustatis obduxerat. Harũ in extremo margine. **P.** grecum. in supremo vero. **T.** legebatur intextum. Atq; iter vtrasq; litteras in scalarũ modum gradus quidam insigniti videbãtur: quibus ab inferiorẽ ad superius elementum esset ascensus. Eadem tamen vestẽ violẽtorum quorundam sciderãt manus: particulas quas quisq; potuit abstulerãt,

fuerit depictum in vestibus eius dices. In extremo margine id est in inferiori parte harum vestium legebatur intextum. **P.** id est practica. in superiori parte vestium erat intextum. **T.** id est theorica quod interpretatur speculatiua: et inter vtrasq; litteras inter. **T.** et **P.** crãt quidã gradus insigniti: id est impressi ad modum scalarũ: quibus a gradibus ascendebatur ab inferiori littera ad superiorẽ. Tunc tangit violentiam vestibus illatam dicens. Eandẽ vestem absciderãt id est lacerauerant manus quorũdam hominum violentorum supple facientium violentiam: et vnusquisq; abstulerat

particulas vestis quas poterat auferre. Notandũ q; per vestes philosophie intelliguntur partes essentielles et artes liberales. Sicut enim corpus vestibus ornatur: sic philosophia suis partibus decoratur. Per fila autẽ subtilissima intelliguntur precepta philosophicalia siue propositiones philosophicales. Sicut enim vnum filum in vestibus ordinatur circa aliud: sic vna propositio iuxta aliam: que propositiones dicuntur subtilissime: quia per eas homo subtilia inuestigat. Dicuntur et huiusmodi precepta subtili artificio p̄texta r̄õẽ ornatus verborũ et sententiarum que in eis inueniuntur. et sunt ex materia indissolubili: quia licet a quibusdam exprimantur: tamen in seipsis habent veritates indissolubilem. Notandum per manus philosophie per quas suas vestes texerat: intelliguntur philosophi qui precepta philosophicalia conscripserunt. et dicuntur rationaliter manus philosophie: quia nisi fuissent instructi preceptis philosophicis: ea exprimere minime valuissent. Notanduz q; vestes philosophie dicuntur fuisse obducte quadam caligine: quia tempore Boe. artes ad tantam negligentiam deuenerant: quia pauci eas curabant: sed Boe. eas transtulit et exposuit siue commentatus est. Vel ideo vestes philosophie fuerunt fumose: quia ab antiquis obscure fuerit tradita philosophia: ab Empedocle poetice: a Platone enigmãtice: ab Aristotele sub verborum obscuritate. Nota q; due sunt partes principales philosophie: scilicet practica et theorica: ideo in veste philosophie erant due littere intexte. **P.** et **T.** **P.** autẽ erat in inferiori parte vestis: et **T.** in superiori: per quod innuitur q; practica philosophia est inferior speculatiua ordine dignitatis. Per gradus autem medios qui erant inter vtrasq; litteras intelliguntur

Liber primus

Scientie eloquentie que sunt: grāmatica: logica: rhetorica. Notandum q̄ dicitur ascensur
fuisse per gradus a practica ad speculatiuam: per hoc innuitur q̄ homo primo debet es
se sufficienter instructus in practis vt post ascendere valeat contemplatiuis. Notā
dum quid scit scindere vestes philosophie. illi tantum dicuntur vestes scindere philoso
phie qui putant habentes vnam scientiam se esse perfectos philosophos sine alijs. Si
autem aliqui sciant vnaz ar
tez sine alia dummodo se co
gnoscant non esse perfectos
philosophos: tales non scin
dunt vestes philosophie. vel
illi scindunt vestes philoso
phie: qui per exortas expo
sitiones trahunt veras pro
positiones ad suas falsas opi
niones. Et dextera quidem
eius. hic Boetius describit
philosophiam quantum ad
insignia ⁊ ornamenta que ma
nibus gestabat dicēs. ⁊ dex
tera manus philosophie ge
stabat libellos. sinistra vero
gestabat id est portabat sce
ptrum id est virgam regalez
Notandum q̄ omnis cura ⁊
intentio viri sapientis versa
tur vel circa contemplatio
nem sapientie que designas
tur per libellos: vel circa regimen reipublice quod designatur per sceptrum. ⁊ quia con
templatio sapientie portor est q̄ regimen reipublice: ideo philosophia dicitur in dextera
habere libellos: in sinistra vero sceptrum. Que vbi poeticas musas. Postq̄ Boetius
ostendit quomodo philosophia sibi apparuit: hic ostendit que circa ipsum egerit. ⁊ pri
mo ostendit quomodo musas poeticas fugauit. secundo ostendit quomodo ipse de hoc
obstupuit. tertio quomodo philosophia sibi appropinquans statum eius deplanxit. se
cunda ibi. At ego. tertia ibi. Tum illa. dicit prima. que supple philosophia. vbi pro post
q̄ vidit poeticas musas assistentes nostro thoro id est lecto: quia Boetius tanq̄ eger in
lecto decubuit: ⁊ cum vidit musas dictantes carmina meis fletibus: ipsa philosophia
paulisper id est aliquantulum commota: ⁊ inflammata id est incensa: toruis lumib⁹
id est crudelibus vel terribilib⁹ oculis iquit. quis permisit has meretriculas scenicas id
est vmbrosas accedere ad hunc egruz: qui dolores eius non modo id est non tantum nō
fouerent id est sanarent: nullis remedijs id est medicamentis: verum pro sed alerent sup
ple dolores eius dulcibus venenis. De sunt enim muse que infructuosus spiritus affectu
um id est passionum: necant id est suffocant vberem id est fertilem fructum rationis frus
ctib⁹ id est in fructibus suis: ⁊ mentes hominum assuefaciunt morbo non liberant. Tunc
alloquitur musas di. Q̄ muse si vestre blandicie detraxissent nobis: quam id est aliquoz
virum prophanum id est litteratum vti pro tanq̄: solutum id est similem vulgo: ego pu
tarem id ferendum id est patiendum minus moleste. quippe in hoc nihil lederentur uos

Vulgus dicitur abulo pleris passim in hinc multitudine sic dicitur quia quibus
fact quod vult vnde vulgus a vultu ⁊ vulgo habundans vulgus tam
mas q̄ uentru epus vñ Job 12 Et vulgum pauperem spoliauerunt
Et est ab hinc vulgo sicut sepe ponit ad id vultu ⁊ vulgus

Prosa prima

stre opere id est nostre sedulitates: sed vos alleristis nobis hunc hominem enutritus studijs id est scientijs eleaticis id est aristotelicis atq; academicis platonicijs. tunc fugat eas dicens. sed abite id est recedite vos sirenes dulces vsq; in exitium id est in mortem: et reliquite eum curandus meis musis id est doctrinis salutiferis: tunc iste chorus id est turba musarū increpitus id est redargutus mestior id est tristior existens

blanditie vestre detraherent minus moleste ferendum putaret. Nihil quippe in eo nostre opere lederentur. Hunc vero eleaticis atq; academicis studijs enutritus: sed abite potius sirenes vsq; in exitiū dulces: meisq; eum musis curandum sanandumq; reliquite. **B.** his ille chorus increpitus deiecit humi mestior vultum: confususq; rubore verecundiaz limen tristis excessit. At ego cuius acies lachrymis mer-

vultum suuz deiecit id est inclinavit humi id est terre: et rubore confusus verecundiaz tristis excessit id est exiit: limen id est domū in qua decubuit Boetius. Notandus q; ideo muse poetice dicebantur assistere thoro Boetij: q; **B.** studuit metrico dolo rem suuz conscribere. Item philosophia dicit paulisper comota: per quod innuitur q; ira immoderata non debz cadere in viruz sapientes: quia virtus consistit in moderatione pas-

sionuz. vnde licet irasci sit homini naturale: tamen irasci quādo oportet et ut oportet et quantum oportet est hominis virtuosus et sapientis. vnde Seneca. Quid crudelius ira. Similiter in de virtutibus cardinalibus. esto tardus ad iram. Item interrogatio quandoq; fit causa ignorantie alicuius: aliquando vt ex responsione facta aliquid probetur: quandoq; fit propter increpationem faciendam. et hoc vltimo modo philosophia interrogat di. quis has scenicas meretriculas et cetera. Notandum q; muse poetice dicuntur meretricule. sicut enim meretrix allicit homines delectando nihil utilitatis sibi conferendo et comiscet se cuilibet non ex amore: sed spe lucri: ita poete non scribunt amore scientie: sed vt aliquid laudis vel premij consequantur: et delectant ratione metri modicum utilitatis conferendo: sed diuersas passiones inducendo. Appellat autem philosophia musas meretriculas scenicas: quia carmina poetica in scena consueverunt pronounciari. Ubi nota q; scena dicebatur locus vmbrosus in theatro vbi abscondebantur persone pronounciantes carmina tragitia vel comica. Unde scena interpretatur vmbraio vel vmbra. vel ideo muse poetice dicuntur scenice id est vmbrailes: quia sunt vmbra scientie non vera scientia: cum obumbrant mentes hominum. Item metrica descriptio doloris non sanat dolorem: sed magis auget: quia consideratio miserie est prouocatiua tristitie. vniuscuiq; autem cum diligentia considerat quod scribere vult. Item metrica descriptio dicitur esse dulce venenum: quia placet et nocet. ratione metri placet: sed propter recordationem doloris nocet. Item affectus est vehemens animi passio animum torquens: et verum iudicium rationis impediens. et sunt quattuor affectus animi: gaudium: dolor: spes et timor: qui dicuntur infructuose spine: quia suffocant segetem rationis que est scientia et virtus. Item licet de omni errore dolendum sit: potius tamen de errore sapientis q; insipientis. nā error sapientis alios exemplo corrumpit: error autem insipientis non: quia ab insipiente non trahitur exemplum. propter quod dixit Salustius. omnia mala exempla a

b

Liber primus

preciosis: quod id est in quantum supple ego requiro: sedem id est tranquillitatem tue mentis: in qua mente non collocaui id est non posui libros: sed id est. i. illud quod facit precium. i. preciositates: libros. s. finias meorum librorum. No. q. B. supra conquerendo de statu suo solum deplangit incommoda corporalia non curans deiectionem animi sui. unde phia contra hoc solum deplangit sui animi deiectiones: et incommoda corporalia parumpedit. et quia superi. iiii. pro sa. d. B. nunquid non mouet te facies huius loci: id est phia hic sibi respondens d. multo plus moueor propter animi tui deiectionem quam propter locum exilij in quo existis. Non est fortis animo: omni loco vritur pro patria. unde Quidi. in li. de fastis. Omne solum forti patria est: ut piscibus equor. et quia etiam conuestus fuit de bibliotheca respondit. P. q. ipse potius deplangat finias librorum quas per obliuionem perdidit quam carentiam bibliothecae et librorum. Et tu quid de tuis. Dic. P. sub breuitate recolligit que Boe. perturbauerunt dicens: et tu Boe. dixisti vera de tuis meritis. i. factis in commune bonum. i. propter omnium hominum utilitatem: sed supple dixisti pauca supple beneficia tibi euemisse pro multitudine gestorum. i. factorum tuorum: et tu memorasti. i. recitasti: nota id est manifesta cunctis hominibus de honestate. s. de saluatione senatus: vel falsitate. i. compilatione falsarum litterarum: obiectorum id est imputatorum tibi: quidem pro certe: tu strictus putasti. i. existimasti: attingendum supple esse recte. i. rationabiliter: de sceleribus id est de vicijs: quod pro et fraudibus id est de deceptionibus: delatorum. i. accusantium: quod ea id est omnia ista celebrent. i. memorentur melius quod pro et vberius. i. copiosius: ore id est sermone: vulgi recognoscentis id est memorantis omnia. etiam tu Boe. increpuiisti vehementer id est fortiter: factum. i. est opus iniusti senatus supple tortius: et tu etiam doluisti de nostra criminatione. i. vituperatione: et tu etiam fleuisti. i. defleuisti: damna. i. crimina: lese opinionis id est immaculate fame tue. postremo id est ultimo: dolor incanduit aduersus fortunam id est contra fortunam: quod pro et supple tu Boe. conuestus es non compensari id est retribui: equa id est digna premia meritis. i. pro meritis: in extremo. i. in fine: sciueris muse. i. fueris metri: tu proposuisti. i. dedisti: vota. i. preces: quod ea pax supple diuine providentie: regeret terras. i. boni

*Feb
mel
lur*

Prosa Sexta

Rimum igitur pateris. Dec est sexta et ultima prosa huius primi in qua philosophia inquit causam redigalem infirmitatis Boetii ex quibusdam interrogationibus. Et primo philosophia captat benivolentiam Boetii. Secundo ponit suas interrogationes sibi tum illa. Dicit primo antequam adhibeatur tibi remedia: ne pro nunquid: patens id est ad mittis me philosophiam: primum pauculis rationibus. i. interrogationibus attingere per cognitionem: atque tentare id

Com
10

ratione vel 24
Dico sine 100
no. 62

Primus igitur pateris: ne me pauculis rogationibus status tue mentis attingere atque tentare: ut qui modus sit tue curationis intelligam Boetii. Tu vero arbitrati inquit tuo que voles: ut respondurum rogato. Philosophia. Tu illa. Hinc cine inquit mundus temerarius agi: fortuitisq; casibus putas. An nullum credis ei inesse regimen rationis. Boetii. Atqui inquit nullo existimauerim modo: ut fortuita temeritate tam certa moueantur. Verus operi suo conditorem presidere deum scio. nec unquam fuerit dies qui me ab hac sententie verita

est rimari: statum id est dispositionem tue mentis: ut intelligas id est cognoscas quis sit modus tue curationis id est sanationis: vero pro sed ego Boetii. inquit id est dixi: tu philosophia rogato i. interrogato: tuo arbitrati. i. secundum tuam voluntatem que voles: ut pro sicut: respondurum. i. volentes respondere. Nota quod philosophia more boni medici non solum scrutatur causas doloris per signa extrinseca sicut medici per urinam et pulsum: quod hec signa quibus fallunt: sed etiam scrutatur causas doloris Boetii. per responsionem ad questiones. et primo captat eius

benivolentiam reddendo ipsum attentum per hoc quod dicit pauculis rogationibus. Nota quod infirmi habent naturalem impotentiam nihil patiendi: ergo ex facili conuertuntur non solum per multas interrogationes: sed ex vna sola. Volens ergo philosophia mouere paucas questiones Boetii infirmo primo captat eius benivolentiam.

Tu illa. Hic philosophia facit interrogationes. Secundo causas totius infirmitatis et responsionibus Boetii recolligit. Tertio ostendit primum curabilem esse dando modum procedendi circa curationem eius. Secunda ibi. Quare plenissime vel egritudinis tue rationem etc. tertia ibi. Sed sospitatis actori. Primo philosophia querit de mundi gubernatione. secundo de circumstantiis gubernationis. ibi. Sed dic mihi. Ad hoc diuiditur: quod primo philosophia querit. Secundo Boetius respondet. tertio philosophia eius responsionem approbat dicens. Ergo o Boetii putas hunc mundum agi id est regi temerariis: quod pro et: fortuitis casibus id est euentibus: an id est nunquid tu credis nullum regimen rationis id est providentie diuine inesse ei mundo. Ego Boetii: inquam id est dixi: atqui id est certe: non existimauerim id est putauerim villo modo: ut tam certa entia moueantur id est regantur: fortuita temeritate id est improuisa stulticia: sed scio deum conditorem id est creatorem: presidere suo operi id est sue creationi: nec dies fuerit unquam id est in aliquo tempore: equi dies depellat id est remoueat me Boetium ab hac veritate sententie iam dicte. Tunc philosophia approbat eius responsionem. d. philosophiamquit id est dixit. ita est. nam tu cecidisti id est dixisti etiam illud: paulo ante id est in quanto metro huius primi: quod pro et: tu deplorasti id est plangisti: tantum id est

in quo orbem
multas

Liber primus

solummodo: ipsos homines esse exortes id est carentes: vel non participes diuine cure id est diuine prouidentie. nam pro quia: tu nihil mouebare id est dubitasti de ceteris supple creaturis quin regerentur ratione supple prouidentie dei: autem pro sed. parte est interiectio ammirantis. ego ammīroz uehementer: quod tu locatus id est positus in tam salubri sententia egrotas id est languet; uerum pro sed: nos perscrutemur altius id est profundius: ego nescio quid supple sit illud: quod ego coniecto. id est opinor: abesse tibi quid id est aliquid. Nota quod infirmitas Boetii partim fuit ex ordinata affectione. in quantum enim Boetius doluit de temporalium rerum amissione et partim fuit ex falsa estimatione quantum ad duo. Estimabat enim malos homines esse felices et potentes. secundo estimabat homines non regi a diuina prouidentia: ergo philosophia inquirat causam radicalem: propter quam Boetius incidit in istas incommoditates. et quia radix totius morbi fuit ignorantia diuine gubernationis quantum ad homines: ideo primo querit de mundi gubernatione. Nota quod Boetius inuit duas rationes quod mundus regatur a deo. primam ibi. Tam certa: que talis est

Ea que sunt certa et determinata non reguntur a casu et a fortuna: cum regimen talium sit incertum: sed entia huius mundi sunt certa: quia a certis causis producta. Secundam rationem inuit ibi. Uerum operi suo: que talis est. Causatum regitur a sua causa: sed deus est causa mundi: cum ab ipso dependeat celum et tota natura: ergo et.

Nota philosophia rationabiliter miratur quod Boetius credens mundum regi a deo putabat homines non regi ab ipso: quia posset philosophia sic arguere. Deus regit mundum secundum te. Boetii. sed homines sunt principalis pars mundi sicut prius dixisti in metro. operis tanti parsque non uilis: ergo homines reguntur a deo. Sed dic mihi quoniam a deo mundum regi. Hic philosophia querit de circumstantiis gubernationis mundi. secundo quia res gubernate diriguntur in suum finem: ideo secundo querit de fine rerum. et quia gubernatio dei secundum rei ueritatem etiam est circa homines: ideo tertio querit de cognitione hominis. Secunda ibi. sed dic mihi. tertia ibi. Sed hoc quoque. primo dicit. Sed o Boetii dic mihi philosophie quoniam non ambigis id est non dubitas: mundum regi id est gubernari a deo: etiam nunquid ad

te depellat. Philosophia. Ita est inquit Nam id etiam paulo ante cecimisti: hominesque tantum diuine exortes cure esse deplozasti. Nam de ceteris quin ratione regeretur nihil mouebare. Hape autem uehementer ammīroz: cur in tam salubri sententia locatus egrotas. Uerum altius perscrutemur nescio quid abesse coniecto.

Sed dic mihi quoniam a deo mundum regi non ambigis: quibus etiam gubernaculis regatur aduertis. Boetius. Uix inquam rogationis tue sententiam nosco: ne dum ad inuisita respondere queam. Philosophia. Huz me inquit fefellit abesse aliquid per quod uelut hiante ualli robore in anim tuum perturbationum morbus irrepserit.

Prosa Sexta

uert is. i. cognoscis quibus gubernaculis mundus regatur. Ego Boetius inquam id est dixi: vix nosco sententiam id est intellectum: tue rogationis id est tue interrogatio- nis: ne dum id est adhuc non: queam id est possum: respondere ad inquisita id est ad interrogata: supple philosophia inquit id est dixi: non fefellit. i. decipit: me supple phi- losophiam abesse id est deficere tibi aliquid per quod velut hyante id est patere: robo-

re id est firmitate: valli id est munitionis: morbo perturbacionum irrepserit. i. subintraverit in tuum ani- mum: quasi diceret. nun- quid enim verum fuerit quod predictit tibi aliquid abesse per quem defectum dolor intrauit te sicut apertum hostium. Nota quod deus non regit mundum aliis quibus gubernaculis ex- trinsicis: quia si non esset per se sufficientissimus: sed regit ipsum sua potentia que attribuitur patri: sua sapientia que attribuitur filio: sua pietate et clemen- tia que attribuitur spiritui

Sed dic mihi: meministi ne quis sit rerum finis: quo ve totius nature tendat intentio Boetius. Audieram inquam: sed memo- riam meror hebetavit. Atqui scis unde cuncta processerint. Boetius. Noui inquam deumque esse respondi. Philosophia. Et quid fieri potest: ut principio cognito quis sit rerum finis ignores. Verum hi pertur- bacionum mores et ea valentia est: ut mo- uere quidem loco homines possint: euellere autem sibi que totum extirpare non possint.

sancto: et de hoc patebit in secundo libro. No. illud quod aliquis homo vix intelligit aliquo modo intelligit: licet cum difficultate. ex hoc ergo quod Boetius dicit se vix intelligere interrogatio- nem philosophie: inuit se aliquo modo intelligere: tamen cum difficultate propter do- lorem opprimentem rationem: et ideo respondere non potuit. Nota quando robur valli alicuius munitionis biat propter aliquam rupturam in eo factam: tunc hostes ingrediuntur munitionem. sic a simili quando munitionis qua animus munitur tanquam vallum biat propter defectum alicuius cognitionis: tunc necessario pertur- baciones affectuum subintrant animum. Sed dic mihi meministi ne. Dic philoso- phia querit de cognitione finis rerum dicens. Dic mihi ne id est an: meministi id est res- corderis quis sit finis rerum supple omnium: ve pro vel: quo id est ad quem finem in- tentio totius nature tendat id est labore. ego Boetius inquam id est dixi: audieram supple olim: sed meror id est perturbatio: hebetavit id est obscuravit: memoriam id est intellectum. Atqui pro certo: scis unde cuncta id est omnia entia: processerint id est principium suum habuerunt. ego Boetius inquam id est dixi noui: quod pro et: respondi deum esse principium omnium rerum. et dicit philosophia: quid id est quomodo: po- test fieri hoc ut cognito id est noto principio scilicet omnium rerum: ignores id est nescias quis sit finis rerum supple omnium. verum pro sed: hi mores perturbacionum et ea valentia id est vigor vel potestas perturbacionum est: ut quidem id est certe: pos- sint mouere hominem loco id est a stabilitate perfecte cognitionis: autem pro sed non possint euellere supple radicibus: quod pro et: extirpare id est eradicare sibi totum.

Notandum Philosophia consequenter et ratiouabiliter querit Boetium an cognoscat fi- nem omnium rerum: quia finis est causa causarum, et est optimum: cuius gratia alia

Liber primus

fiunt. propter quod ignorato fine nihil perfecte cognoscitur eorum que sunt ad finem. nam secundum exigentiam finis cetera moderantur. Nota quando principium et finis coincidunt in unum sicut in circulo: idem est principium et finis: tunc videtur mirabile: quod tunc principium cognoscatur et finis ignoretur. cum ergo deus sit principium et finis omnium rerum: cognitio ipso sub ratione principii videtur etiam cognosci sub ratione finis.

Quod autem deus sit principium omnium patet: quia ab ipso derivatum est singulis esse et vivere: primo celi et mundi. d. quod autem sit finis omnium patet: quia gratia eius omnia fiunt: et ad ipsum ordinantur. nam in rebus constantibus ex arte et natura semper vilius est propter melius. deus autem est optimus eorum que in natura sunt: ex probemio methaphisice.

Nota licet turbati alii quales cognitionem rerum

habeant: tamen impediuntur ne perfecte cognoscant. licet ergo Boetius aliquantulum cognoverit deum esse principium rerum: tamen quia turbatus fuit: perfecte naturam huius principii non cognovit: et ideo ignoravit ipsum esse finem rerum. Nota quod passio est motus periculi appetitive sub fantasia boni et mali: sicut Eustratius secundo ceterorum. et hi sunt mores passionum. quod possunt homines movere a stabilitate perfecte cognitionis: sed totaliter ipsorum non possunt evellere ab omni cognitione. Sed hoc respondeas velim. Dic philosophia facit aliam interrogationem de cognitione humane nature dicens. Sed ego etiam velim tu respondeas id est respondere des: hoc id est ad hoc: ne pro nunquid: tu meministi id est scis te esse hominem. Ego Boetius nisi quare id est dixi: quid id est propter quid: non meminim id est sciveri. et querit ulterius philosophia. Igitur ne id est nunquid: poteris proferre id est dicere: quid sit homo id est definitionem hominis. Respondet Boetius. Nunquid philosophia tu interrogas me hocne id est hoc: an id est utrum sciam me esse rationale: atque pro et mortale animal. ego Boetius scio et confiteor id est fateor: me esse id est supple animal rationale et mortale. Et illa super philosophia. d. ne pro nunquid nihil novisti te esse aliud quam animal rationale mortale. d. Boetius nihil supple philosophia inquit id est dixit: tamen ego scio aliam causam supple quam ignorantiam divine providentie vel maximam causam tui morbi et tu desisti id est cessasti: nosse id est nocere quid sis. Nota licet homo sit mortalis secundum corpus: non tamen secundum animam intellectivam: que est dignior pars hominis. Et quia Boetius dixit se esse nihil aliud quam animal rationale et mortale: ideo non quesivit nisi bona mortalia: de quorum bonorum amissione doluit non curans partem immortalem: scilicet animam rationalem: cuius debuit appetere bona immortalia: ideo philosophia dicit quod Boetius se non noverit. Nota quod causa maxima morbi hominis est seipsum ignorare: quia dicit Boetius secundo huius prosa quinta: quod conditio humane nature est cum se cognoscit quod ceteras res excellat. Cum autem nosse se

Prosa Sexta

desierit eadem natura infra bestiam redigatur. nam ceteris animantibus sese ignorare naturaliter est: hominibus vero vicio venit. et dicit Themistius super d. aia. Quid turpius est anime cum sit aliorum cognoscitiua: quod suipsius est ignara? Animam se ipsam ignorans quomodo de alijs fida purabit cognoscitiua: quasi diceret nullo modo. Quare plenissime hic philosophia ex dictis Boetij recolligit omnes causas tortis

Quare plenissime vel egritudinis tue rationem: vel aditum reconciliande sospitatis inueni. Nam quoniam tui obliuione confunderis: et exulem te et exspoliatum proprijs bonis esse doluisti. quoniam vero quis sit rerum finis ignoras: nequaqz hoies atqz nepharios potentes felicesqz arbitraris. Quoniam vero quibus gubernaculis mundus regatur oblitus es: has fortunarum vices estimas sine rectore fluitare: magne non (ad morbum) modo: verum ad interitum quoqz cause.

nium: tu arbitraris id est putas nequam id est malos: atqz pro et: nepharios id est iniquos homines esse potentes: qz pro et felices. Quoniam pro quia tu oblitus es quibus gubernaculis id est regimimbus ipse mundus regatur: tu estimas id est opinaris: has vices id est istas alternationes: fortunarum id est rerum fortunarum: fluitare id est vagari sine rectore. iste sunt magne cause: non modo id est non solum ad morbum verum pro sed: sunt ad interitum id est ad mortem vel ad perditionem anime. Nota homo seipsum ignorans extra limites recte rationis positus est: et talis dicit esse exul vt prius visum est. Nota homo seipsum ignorans tantum se estimando esse mortalem dolet de amissione rerum mortalium. ergo dicit philosophia. quia tu obliuione confunderis: exulem te et exspoliatum proprijs bonis doluisti. Nota ex asssecuratione vel perditione vltimi finis homo dicitur potens vel impotens: ex quarto huius. qz ergo Boetius ignorauit vltimum finem rerum: ideo putabat malos esse potentes.

Nota Boetius ignorauit quibus gubernaculis mundus regeretur: ideo ignorauit quod deus sua bonitate omnia disponderet: et ergo putabat vices fortunarum esse sine rectore. Sed sospitatis auctori grates. Hic philosophia ostendit Boetium esse curabilem dando modum procedendi circa curationem eius dicens. Tu des grates auctori sospitatis id est sanitatis: quod nondum id est non adhuc: natura id est vigor naturalis: desituit id est deseruit te: totum id est totaliter: nos philosophia habemus maximum: fomitem id est radicem: tue salutis id est sanitatis: scilicet veram sententiam id est intellectus de mundi gubernatione: quod tu credis eam supple gubernatione non esse: subditam id est subiectam temeritati casuum supple fortunarum: sed diuine rationi. igitur nihil pertimescas tam tibi. Boetius ex hac minima scintillula id est par

us infirmitatis et dices: Quare pro igitur ego philosophia inueni: plenissime id est perfectissime: rationem id est causam: tue egritudinis id est infirmitatis: vel inueni auditu. i. accessum: reconciliande sospitatis id est recuperande sanitatis tue: quod declarat. Nam pro quia: quoniam tu confunderis id est confusus es: obliuione id est ignorancia tui ipsius: tu doluisti te esse exulem: quod pro et: exspoliatum id est priuatum: proprijs bonis id est diuitijs: quoniam pro quia: tu ignoras id est nescis quod sit finis rerum om

Liber primus

Da veritate: Illuxerit vitalis calor id est ardor mere veritatis animam viuificans. Tunc dat modum procedendi circa curationem eius dicens. Sed quoniam pro quia: nondum id est non adhuc est tempus firmioribus remedijs vti: et constat id est manifestum est eam esse naturam mentium: vt quotiens abiecerint veras opiniones: induantur id est inuoluantur falsis opinionibus: ex quibus falsis opinionibus: caligo id est obscuritas: perturbatio /
ni. i. passionum: orta id est creata: confundit illuz verum intuituz id est cognitionez mentis: ego supple philosophia tentabo atque tenuare. i. remouere: paulisper id est modicum hac caliginem: lenibus id est facilibus: quibus pro et mediocribus fomentis id est medicinis: vt dimotis id est remotis tenebris: fallacium affectionum id est falsarum opinionum vel passionum: possis cognoscere id est intelligere: splendorez id est claritatem: vere lucis id est lucide veritatis. Nota sicut in morbo corporali vigente principali membro puta corde potest per medicinas introduci sanitas alijs membris: sed naturali calore destitute ipsuz cor frustratur spe sanitatis: sic in morbo spirituali manente in Boetio cognitione illius principij: quod deus gubernet mundum potest procurari salus quantum ad errorem in alijs. ergo dicit philosophia quasi congratulando Boetio debes reddere grates auctori sospitatis. Nota quando intellectus abijcit veram opinionem statim afficitur falsa opinione: quia intellectus non abijcit veram opinionem: nisi propter aliquam persuasionem per contrarium. nihil autem contrariatur vero nisi falsum: ideo intellectus non potest abijcere verum nisi accipiendo falsum. Nota tenebre affectionum impediunt rectum iudicium: quia tristitia stupefacit et corrumpit naturam: ex ebrietate. sed amor et odium peruertunt iudicium secundum Prolemeum in centilogio. Ire et concupiscentie venereorum maxime transmutant corpus et quibusdam infamijs inficiunt: septimo ebriorum: et impedit ira animum ne possit discernere verum secundum Cathonem.

Sed sospitatis auctori grates: quod te nondum totum natura destituit. Habemus maximum tue fomitem salutis veram de mundi gubernatione sententiam: quod eam non casuum temeritati: sed diuine rationi subditam credis. Nihil igitur pertimescas. Jam tibi ex hac minima certe scintillula vitalis calor illuxerit. Sed quoniam firmioribus remedijs nondum tempus est: vti et eam mentium constat esse naturam: vt quotiens abiecerint mentes veras: falsis opinionibus induantur: ex quibus orta perturbationum caligo: verum illum confundit intuitum. Hanc paulisper lenibus mediocribusque fomentis attenuare tentabo: vt dimotis fallacium affectionum tenebris: splendorez vere lucis possis agnoscere.

Adetrum septimum primi libri.

Adetrum septimum primi libri. *po. d. d. d.*

Adetrū septimum

Con. Sydera i stelle nel plancti nel
luminaria ali condita i abscondita mel
atruer nigre aut tenebrosas illi
no vllm no vssunt i uo nulli
fonderi i effodire nel dare. sem
dare nulli hinc i aliquod hinc
in her suple m f uord. Et o

Quibus atris condita nulluz. Dicitur incipit septimum et ultimum metrum huius
primi quod vocatur metrum adonici ab inuētoze: dimetrum a numero peduz: da
criticū a pede predominante. In quo metro pbia pbat per exēpla qd. d. dicit
em pbia qd caligo perturbationū impedit intuitum veritatis. hoc primo pbat pbia
tribus exemplis. secūdo hortatur nos ad fugā perturbationū. ibi. tu quoq; si vis. pri
ma in tres secūdam tria

Quibus atris Condita nullum.
Fundere possunt Sydera lumen.
Si mare voluēs Turbidus auster

Disceat estum Vitrea dudum.
Parq; serenis Unda diebus.
Mox resoluta Sordida sceno.
Visibus obstat. Quiq; vagatur.
Montibus altis Desfluens amnis.
Sepe resistit Rupe soluti.
Obice saxi Tu quoq; si vis.
Lumine claro Ternere verum.
Tramite recto Carpere callem.
Gaudia pelle: Pelle timorem.
Spemq; fugato Nec dolor affit.
Mubilla mens est Unctaq; frenis.
Nec vbi regnant. *Avuo pognat*

Explicit liber primus
Boetii de consolatione.

discurrat: ille sepe resistit id est reflectitur: obice id est obiectōe: soluti saxi id est rupi: la
pidis: rupe id est de monte. Nota similitudo quam pretendit philosophia est ista.
Sicut sydera consueta nobis lucere et terram illuminare cessant hoc facere propter in
terpositionem nubium obscurarum: sic intellectus et ratio que lucēt et illuminant hoīez
in cognitione veritatis impediuntur caligine perturbationum. Nota qd similitudo scōi
exempli in hoc consistit. sicut aqua maris manēte clara ad modum vitri visus pōt eā
penetrare et videre que sunt sub aqua: sed si turbatur illa peruētum tunc obstat visui:
sic animus hoīs quietus nō impedit iudiciū rationis. sed si moueat et turbetur affectione
rpalinz: statim obstat rōm impediēs eius iudiciū. Nota qd similitudo tertij exēpli ta
lis est. Sicut aqua currens de altis montibus libere recto tramite pcedit et per ob
staculum lapidis qui resolutur de mōte impeditur ne recte pcedat: sic ratio libera nō
impedita recte iudicat. si aut ratio afficitur motib; affectuuz: impedit in iudicio et veri
tatis cognitione. Nota qd rupe est moles lapidea siue mōs lapideus: sed saxū est ps

ma in tres secūdam tria
exempla que parebūt. Di
cit primo sydera condita
i. abscondita: atris nubis
bus. i. obscuris nubibus
nulluz lumen possunt fun
dere ad illuminandū ter
ram. tūc ponit fm exem
pluz. Si turbidus auster
id ē obscurus vētus: vol
uens id est mouēs mare:
misceat id est cōmisceat
cū sceno quod est i fundo
estum maris id est feruos
rē: tūc vnda maris dudū
id est prius: vitrea id est
transparens ad modum
vitri: par id est similis se
renis id est claris diebus:
mox id est statim supple
illa aqua facta sordida p
flatū venti resoluta sceno
i. elevato luto: obstat id ē
resistit: visibus id est oculus
lis nō potētib; penetra
re vndas maris. tunc po
nit tertium exemplū. Am
nis id est flum;: qui de al
tis montibus vagatur. i.

obice dicit de fluxu
alio mōtib; nel qui
vnti mōtib; nel
dicitur alio mōtib;
i. mōtib; nel
et hōi; nel i. saxi
i. lapidis soluti
i. soluti rupe
i. rupe

Liber primus

resoluta a rupe id est a monte. Tu quoque si vis. Sic philosophia hortatur ad fugam
perturbationum siue affectionum animi dicens. Si tu vis cernere id est videre vel iu-
dicare: verum id est veritatem: claro lumine id est vera cognitione: et si vis etiam cape-
re id est attingere: callem id est viam veritatis: recto tramite id est processu rationis:
tunc tu pelle id est repelle gaudia supple: que sunt de bonis presentibus: et pelle id est
remoue a te timorem supple de futuro malo: quod pro et tu fugato spe supple: que est de
bona fortuna: nec etiam assit dolor supple qui est de presenti amissione bonorum sup-
ple: que mens est nubila. id est obscura vel operta: quod pro et vincita id est ligata: frenis id est li-
gaminibus: vbi id est in qua mente hec supple predicta regnant id est dominantur: scilicet
gaudium de presentibus bonis: timor de futuro malo: spes de futuro bono: dolor de
presenti malo. Nota sicut prius tactum est affectio est motus particule sensiti-
ue sub fantasia boni vel mali animum afficiens: et rectum rationis iudicium impedi-
ens. Et sunt quattuor affectiones tales principales: ad quas omnes alie reducuntur
scilicet: gaudium: spes: timor: et dolor: quarum sufficientia sic accipitur. Omnis pas-
sio vel est respectu boni vel mali. Si respectu boni hoc dupliciter: vel respectu boni pre-
sentis: sic est gaudium quod est de presenti bono. Si est respectu boni absentis: sic est
spes que est de futuro bono. Si autem passio est respectu mali hoc dupliciter: vel respec-
tu mali presentis: sic est dolor qui est de presenti malo: si est respectu mali absentis est
timor qui est de futuro malo. Nota quod iste passiones non sunt pellende: vt non sint
in animo hominis: quia vix inuenitur homo sine ipsis: sed sic sunt pellende vt non
dominentur in homine. Unde sedare homini passiones vt non dominantur est ho-
minis virtuosus: quia virtus consistit in moderatione passionum. Si autem res-
gnant et dominantur in homine: tunc impediunt iudicium rationis. propter quod
dicit Eustratus super libro ethicorum. oportet reluctari contra passiones sensiti-
uas: que si preualuerint impediunt vires anime. Nota iste passiones et affectio-
nes si ordinantur ad terrena: tunc non sunt nociue. at tamen possunt esse meritorie et
virtuose si fuerint ad debitos fines ordinate. Unde Richardus in libro. xij. patriar-
charum dicit. Ordinatum et verum gaudium tunc habemus quando de veris et eter-
nis bonis gaudemus. Etiam timor est virtuosus si fuerit ad deum ordinatus: quod scri-
ptum est. Initium sapientie timor domini. Et idem Richardus dicit. Prima virtus
tunc proles sine qua certus haberi non potest est timor dei. Item spes vt dicit idem
Richardus efficitur ordinata: si de indulgentia venie generatur. Unde dicit. vere et
ab omni dubio quod quis frequentius quantoque vehementius de suo interno reatu dolore af-
ficatur: tanto certior tantoque securior per spem de indulgentia venie efficitur. Similis-
ter dolor est virtuosus quando fit ad deplangendum culpam. Unde Richardus. Qua-
to quis vehementius metuit penam quam meruit: tanto acerbius plangit culpam
quam fecit.

Explicit liber primus

P

Est hec paulisper obticuit. Sic est secundus liber Boetij de consolatioe phi-
losophie: qui continuatur ad librum precedentem in hunc modum. Postquam phi-
losophia in primo libro inuestigauit causas radicales infirmitatis Boetij:
in hoc secundo procedit ad eius curationem. P̄io adhibendo sibi remedia leuia. Se-
cundo remedia validiora in libris consequentibus. hunc enim modum medicandi phi-
sophia pro-

Prosa prima libri secundi.

P

Est hec paulisper obticuit: atque
ubi attentionem meam modesta ta-
curnitate collegit: sic exorsa est
Philosophia. Si penitus egritudinis tue
causas habitumque cognoui: fortune prio-
ris affectu desiderioque tabescis: ea tantum
animi tui statum sicuti tibi fingis mutata

misit Boetio. et diuiditur
iste liber in .xvi. partes: quae
octo sunt p̄se et octo me-
tra huius secundi: quae par-
tes patebunt. quid autem
in qualibet parte agatur
similiter videbitur. P̄ia
prosa diuidit. P̄mo ostē-
dit Bo. quid philosophia
egerit post predicta: et re-
sumit unam causam dolo-
ris. Boe. secundo philoso-
phia ponit quendam effe-
ctum fortune. Tertio excu-
sat se de quodam. Quar-
to tangit oportunitatem

medendi Boe. Quinto procedit ad leuia medicamenta eius. Secunda ibi. Intellego.
Tertia ibi. Sed ut arbitror. Quarta ibi. Sed tempus est. Quinta ibi. Quid est igitur
o Boe. P̄io dicit. Post hec que dicta sunt philosophia obticuit id est tacuit: pau-
lisper id est modicum: atque pro et: ubi id est postquam: collegit id est intellexit: meam atten-
tionem id est diligentiam: modesta tacurnitate id est temperato silentio: exorsa est id
est incepit loqui: sic id est taliter: si pro quia: ego cognoui causas id est rationes radi-
cales: quae pro et: habitus id est dispositionem: tue egritudinis id est infirmitatis. tu Boe.
tabescis id est tristis affectu: quae pro et desiderio prioris fortune que fuit tibi prospe-
ra: ea fortuna mutata id est variata: apud te peruerit id est mutauit: statum id est dis-
positionem: tui animi id est tue mentis sicuti tu tibi fingis. Nota quod philosophia post
predicta obticuit ut Boe. magis animo deliberato verba philosophiae colligere possit
et sibi responderet: quia secundum Senecam in prouerbis. deliberare utilia mor-
ra tutissima est. Deliberandum est diu quicquid faciendum est: semel discute quid au-
dias. proba quid credas. et ideo philosophia obticuit tanquam lassata ex questionibus
prius motis. unde Seneca libro de virtutibus cardinalibus. non semper in actu sis:
sed interdum animo tuo requiem dato: ut requies illa sit plena sapientia et virtute. Nota de
hoc quod dicit modesta tacurnitate duplex est tacurnitas. quedam moderata: alia su-
perflua. Moderata tacurnitas est quando tacetur cum tacendum est: de qua loquitur
Seneca in prouerbis dicens. Tene semper vocis et silentii temperamentum. tamen in hoc libentius
te iube ut libentius audias quam loquaris. quod eius nescit tacere: nescit loqui. Superflua taci-
turnitas est quam tacet cum loquendum est: de qua. d. poeta. Nā nimium tacuisse nocet. No-
ta quod Boe. in statu miserie non erat magnanimus: quia habuit animi perversum fortuna. Ma-
gnanimus enim est qui contra difformes insultus fortune unam mentis constantiam militat
sicut Albertus super primo libro. et hi. Et Seneca prima epistola ad Lucillum dicit. Primum argum-
tum compositae mentis existio posse consistere et secum morari. Nota quod philosophia dicente fortunam
esse mutatam circa Boe. sicut ipse fingit. h. dicit pro tanto: quia secundum rei veritatem fortuna non

Liber Secundus

erat circa ipsum mutata sicut philosophia infra probabit. Intellego multiformes. Dic philosophia ponit effectum fortune dicens. Ego intelligo id est cognosco: multiformes fucos id est deceptiones: illius prodigij. i. fortune: et eousq; id est rādiu scilicet ipsa fortuna exercet blandissimam familiaritatem: cum his quos nititur id est laborat: eludere id est decipere: dum. i. donec: confundat id est eneruat intollerabili dolore eos quos fortuna insperata id est sine spe: relinquit id est dimiserit: cui? .s. fortune si tu. **B.** reminiscare id est recorderis naturam mores: ac pro etiā: meritū id est dignitatē. nec etiā cognosces te. **B.** in ea fortuna habuisse aliquid pulchrum nec amisisse: et per consequens de amissione ei? nihil est dolendū. Nota qd prodigium est miraculū preter solitū cursum nature proueniēs. et dicit prodigiū quasi porro producēs hoies i admirationem. vel secundum **Dug.** prodigiū est monstrū ad vastandū paratū dictū a prodigo gis. qd est vasto as. fortuna aut pōt dicit prodigium. primo qz ducit homines in admirationē eo

qz bonis mala et malis bona tribuit. vel dicit prodigiū secūdo mō: qz vastat aīz hoīs. p̄spa enīz fortūa vastat aīm hoīs p̄ nimīā sollicitudinē: aduersa p̄ nimīā desolationē. **No.** fucus in vna significatiōe dicitur color superpositus naturali colorī: et ponitur pro deceptione: quia talis color decipit visum cum facit mulierem difformem apparere pulchram. Nota qd fortuna sua familiaritate decipit homines et confundit: quia dicit **Seneca** in libro de consolatione filij **Helye.** Neminez aduersa fortuna comminuit: nisi quez secunda decipit. et dicit in prouerbijs. fortuna quem nimium fouet hunc stultum facit. fortuna nulli semel obesse contenta est. fortuna vitrea est: dum splēdet frangitur. Et **Seneca** tertia epistola dicit. Neminem eo fortuna prouexit vt non tātum illi minaretur quantum promiserat. noli huius tranquillitati confidere. memens to qd mare euertit: et eodem die vbi luserunt nauigia absorbentur. Sed vt arbitror haud. **Hic** philosophia excusat se de quodam dicens. Sed vt ego philosophia arbitror id est opinor: haud multum id est non multum: laborauerim reuocare id est reducere tibi hec supple predicta de moribus fortune in memoriā: enim pro quia: tu solebas id est consuetus fuisti: presentem id est astantem fortunam: quoq; pro et: blandientem id est applaudentem: incessere id est arguere: virilibus id est asperis verbis: qz pro et: insectabare id est persequeris eam fortunam: de nostro auditu id est de nostra informatione: prolatis id est pronuntiatis sententijs. verum pro sed: omnis

peruertit. Intellego multiformes illius prodigij fucos: et eousq; cum his quos eludere nititur blandissimam familiaritates exercet: dum intollerabili dolore confundat eos quos insperata reliquerit. Cuius si naturam mores ac meritum reminiscare: nec habuisse te in ea pulchrum aliquid: nec amisisse cognosces. Sed vt arbitror: haud multum tibi hec in memoriā reuocare laborauerim. Solebas enim presentem quoq; blandientem virilibus incessere verbis: eāq; de nostro auditu prolatis insectabare sententijs. Verum omnis subita mutatio rerum: non sine quodam quasi conflictu contingit animorum. Sic fa

Prosa prima

subita id est festina mutatio: non contingit id est aduenit: sine quodam conflictu id est turbatione animorum: sic id est taliter: factum est scilicet de te ut tu discesseris: paulisper id est modicum: a tua tranquillitate id est a tue mentis quiete. Nota quod sapientis et magnanimit est contra fortunam constanter militare et non pusillo animo succumbere. unde Seneca in libro de clementia dicit. Magnos viros qui maligne fortune succumbere nesciunt: et aduersas res sue virtutis experimēta faciunt. Nam secundum Aristotelem primo ethicorum. Sapiens scit bene ferre fortunam: quia habet se sine vituperio sicut tetragonum. corpus enim tetragonum quocumque proijcitur firmiter stat: sicut animus sapientis constans permanet quacumque fortuna emittente. Nota quod quies animi fit per sedationem passionum que causatur ex ordinatione rationis cum deliberatione: sed

ctum est: ut tu quoque paulisper a tua tranquillitate discesseris. Sed tempus est nunc haurire te aliquid ac degustare molle atque iocundum quod ad interiora transmissus validioribus haustibus quidem vias fecerit. Assit igitur rhetorice suadela dulcedis: que tunc tantum cale recto procedit: nostra instituta non deserit. Cumque hac musicalaris nostri vernula nunc leuiore nunc grauiore modos succinat. Quid est igitur

subite mutationes preueniunt deliberationem rationis: ideo mutant et turbant animum. propter quod dicit philosophia. omnis subita mutatio rerum non contingit sine conflictu animorum. // Sed tempus est te haurire aliquid. Dic philosophia tangit oportunitatem medendi ipsum Boetium dicens. Sed tempus est id est instat te Boetius haurire id est recipere: ac pro etiam: degustare aliquid molle id est facile: atque pro et iocundum id est delectabile: quod leue vel delectabile transmissus ad interiora. scilicet tui ad fecerit viam validioribus haustibus id est fortioribus remedijs. igitur pro ergo: suadela id est persuasio: rhetorice dulcedis id est rhetorici ornatus: assit id est sit presens: que rhetorice procedit tantum id est solummodo: tunc recto calle id est recta via: non deserit id est relinquit: nostra instituta id est documenta. Cumque hac scilicet rhetorice: musicalaris id est ars metrica: vernula id est famula: nostri laris id est nostre domus scilicet assit et succinat id est decanter: nunc id est aliquando: leuiore modos id est faciliores versus: et nunc id est aliquando: grauiore id est difficiliore. Nota quod philosophia inuitat duas scientias ad curationem Boetij: scilicet rhetoricam et musicam. Rhetoricam inuitat ratione prope: in qua utitur rationibus persuasivis rhetoricis coloribus adornatis. Musicam inuitat propter metrum. nam sicut in musica utimur arsi et thesi id est concordie elevatione et depressione vocis: sic similiter in metro utimur elevatione quam perducte syllabe eleuantur: et utimur depressione quam breues syllabe deprimuntur quodam concordia proportionali. Nota. d. Tullius in prohemio rhetorice sue quod eloquentia sine sapientia plerumque obesse potest: nunquam autem potest esse. cum igitur rhetorice sit scientia eloquentie ornate: ipsa non potest esse sine sapientia: id est philosophia quod rhetorice tunc procedit recto calle: quoniam non deserit nostra instituta que sunt instituta et documenta sapientie. // Quid est igitur ob hoc. Dic philosophia adhibet. B. leuia medicamenta. Ubi nota quod leuia medicamenta sive remedia dicuntur rationes superius secundum rationem consensum versus hominum persuadentes non esse dolendum de aduersitate fortune. Remedia autem validiora sunt rationes que sunt contra consensum opinionem hominum ostendentes quod sit summum bonum et in quo consistat

cij

et hoc est multa virtutes huiusmodi et infirmos sunt huiusmodi
habet enim in domo huiusmodi huiusmodi huiusmodi huiusmodi
quod est huiusmodi huiusmodi huiusmodi huiusmodi huiusmodi
Sunt huiusmodi huiusmodi huiusmodi huiusmodi huiusmodi
Sunt huiusmodi huiusmodi huiusmodi huiusmodi huiusmodi

pero eloquentia huiusmodi
et huiusmodi

Liber secundus

et quomodo ad ipsum perueniatur: et quod mali sunt impotentes: et boni potentes et similia. Primo ergo ostendit philosophia non esse dolendum de fortuna: quia seruat propriam naturam circa ipsum. et hoc ostendit quinque rationibus persuasivis. secundam ponit ibi. si probas. tertiam ibi. an vero. quartam ibi. quod si nec. quintam ibi. postremo equo et cetera. Prima ratio talis est. Nullus in mesticia et luctu dicit nisi propter aliquid novum vel inusitatum contingens circa ipsum: sed mutatio fortune non est aliquid novum vel inusitatum: ergo eius mutatio nullum debet deicere in dolore. dicitur ergo in littera. igitur o homo. i. tu. **B.** quod est illud quod deiecit. i. prostravit te in mesticiam: quod pro et luctu ego philosophia credo quod tu Boetius. vidisti aliquid novum: quod pro et inusitatum id est inusitatum supple proferre circa te. tu Boetius. putas id est existimas: ipsam fortunam esse mutatam id est peruersam a sua natura: erga id est circa te: erras id est false estimas: quia hi semper sunt eius mores: ista est natura eius: quod nunc sit adversa: nunc prospera: ipsa fortuna seruat circa te potius propriam constantiam in ipsa sui mutabilitate: quia mutatio fortune est sua constantia. talis enim erat scilicet mutabilis: cum tibi blandiebatur id est adulabatur: cum tibi alluderet illecebris id est delectationibus false felicitatis id est prosperitatis: tu reprehendisti id est cognovisti ambiguos vultus id est dubias facies: ceci numinis id est cece deae fortune: que scilicet fortuna adhuc velat id est occultat sese id est seipsam alijs supple hominibus: tamen applaudendo eis prosperitate: ipsa tibi tota innotuit id est manifesta est: proorsus id est omnino scilicet prosperitate et adversitate. Nota quod illecebra brevis est delectatio carnalis illicita hominem alliciens: licet inveniatur pro quacumque alia delectatione. Nota sicut bestia vel auicula vel piscis delectationis spe decipitur: sic homo delectatione prosperitatis fortune fallaciter uretur. vnde Seneca. viij. epistola clamo vitare quecumque casus tribuit. ad omne fortuitum bonum suspiciosi pauidique subsistite. nam fera et piscis spe aliqua oblectante decipitur. Nota delectationes fortune sunt false. nam secundum beatum Augustinum prospera huius mundi asperitatem habent veram: iocunditatem falsam: certum dolorem: incertam voluptatem. Nota philosophia appellat fortunam cecum numem. Augustinus dicit: quod numem est virtus dei vel ipse deus vel dei potestas vel maiestas. hic autem accipitur pro dea: quia antiqui fortunam colebant. Nota quod fortunam dicit esse cecam. dicit Tullius in li. de amicitia. fortuna ut medicus ignarus multos excecaverat: non quod ipsa ceca sit: sed eos cecos plerumque efficit quos complectitur. Nota quod fortuna antiquus duplici depigebat fronte: calua et capillata. per caluam designando adversitatem: per capillatam prosperitatem. ergo dicit philosophia

o homo quod te in mesticia et luctu deiecit. Novum credo aliquid inusitatumque vidisti. Tu si fortunam putas erga te esse mutatam: erras. Hi semper eius mores sunt: ista natura. Seruavit circa te propriam potius in ipsa sui mutabilitate constantiam. Talis erat cum tibi blandiebatur: cum tibi false illecebris felicitatis alluderet: deprehendisti ceci numinis ambiguos vultus. Que sese adhuc velat: alijs tota tibi proorsus innotuit. Si probas utere moribus: ne queraris. Si perfidam perhorrescis: sperne atque abiice perniciose alludentem. **Ma** que

Prosa prima

Deprehendisti ambiguos vultus fortune. Si probas utere moribus. Sic ponit secundam rationem que talis est: de illius amissione non est dolendum quod est perniciosum: et quo habito homo nunquam est securus: fortuna est huiusmodi ut tunc in littera: ergo et dicit ergo. Si probas id est approbas fortunam utere moribus eius: ne que raris id est conqueraris: si perborrescis id est pertimescis perfidaz et sperne atque abij

nunc meroris tibi causa tanti est: hec eadem tranquillitatis esse debuisset. Reliquit enim te quam non relicturam nemo unquam poterit esse securus. An vero tu preciosam estimas abituram felicitatem: et cara tibi est fortuna presens. Nec manendi fida: et cum discesserit allatura merorem.

Quod si nec arbitrio retineri potest: et calamitosos fugiens facit: quid est aliud fortuna fugax quam future quoddam calamitatis

ferre: et que abstulit reddit: nec unquam rursus est illam experiri: quam cum locum iniurie non habet. Nota quod securitas maxime homines delectat: propter quod est appetenda. Unde Seneca. vi. epistola. Nec me res vlla delectabit: licet sit eximia et salutaris quam quam mihi morti securus sum. Nota quod prosperitas fortune non reddit hominem securum: quia dicit Seneca. Munera fortune amica putatis insidie sunt. quisquis vestrum tuam vitam agere volent: quam plurimum potest fortune beneficia devertet: in quibus miserim fallunt. habere putamus honores: in precipitia cursus iste deducit. Nota Seneca in de remediis fortuitorum. Exoneravit te fortuna si intelligis: et tutiore loco posuit damnum putas: remedium est clamas quam opibus expoliatus es: tuo vicio ista tibi iactura tam grauis est: non tam moleste ferres: si tanquam perditurus habuisses. An vero tu preciosam estimas. Hic philosophia ponit tertiam rationem que talis est. Illud non est putandum preciosum et carum quod non est mansurum et tuo recessu est afflicturum: sed fortuna est huiusmodi: ergo non est reputanda preciosa et cara: et per consequens non est dolendum de eius amissione: nec gaudendum de eius possessione. unde dicit in littera. Vero pro sed: an tu estimas felicitatem abituram id est recessuram supple esse preciosam et fortuna presens est cara tibi: nec est fida manendi: et cum discesserit est allatura id est adductura merorem: quasi diceret non debet estimari preciosa.

Nota quod appellat fortunam felicitatem: quia secundum Aristotem fortuna vel est felicitas vel est proxima felicitati. unde in libro de bona fortuna dicit Aristoteles. quod non contingit esse felicem sine rebus exterioribus quarum fortuna est domina. et hoc intelligendum est de felicitate politica et non speculativa que consistit in actu sapientie. Nota fortuna discedens inducit merorem: quia dicit Seneca in libro de tranquillitate animi. Letiores reliquit quos fortuna nunquam prosperit quam quos deseruit. Et Boetius. postea dicit quod infelicissimum genus infortunij est felicez fuisse. Quod si nec ex arbitrio retineri. Hic ponit quartam rationem que talis est. Illud quod est indicium future miserie: nec est

ce fortunam: alludentem id est ludendo inferentem tibi pernicioza id est damnosa. nam fortuna que nunc est tibi causa tanti meroris per sui absentiam: hec eadem debuit tibi esse causa tranquillitatis id est securitatis per sui presentiam: sed non fuit: enim pro et fortuna reliquit te: quam non relicturam nemo unquam poterit esse securus. Nota circa hoc quod dicit pernicioza alludentem. dicit Seneca. ludit fortuna cum suis moribus: et que dedit au

Liber Secundus

earum nec preciosum nec per consequens de ipso dolendum: fortuna est huiusmodi si-
cut tangit in littera . unde dicit q̄ fortuna si nec pot̄ retineri id est haberi ex arbitrio
id est secundum voluntatē: et ipsa fugiens id est recedens facit calamitosos id est mi-
seros: quid aliud est fortuna fugax q̄ quoddam iudicium id est signus: future calamitatis
id est miserie: enim pro quia: neq̄ sufficit intueri id est inspicere illud qd̄ futurū est
id est positum: ante oculos id est quod est presens: verum pro sed: prudentia
id est homo prudens: metitur id est mensurat: exitus id est fines rerum: q̄
pro et: eadem mutabilitas id est instabilitas: in alterutro id est in aduersi-
tate et prosperitate: nec facit minas. i. insidias fortune esse formidandas id
est timēdas: nec facit blandicias esse exoptandas. i. desiderandas. Nota q̄ ca-
lamitas est miseria cū alius nihil habet nec in re nec in spe. et est dicta a ca-
lamo qui ē vacuus et inanis. Nota q̄ nō sufficit so-
lum intueri presentia: sed

inducium. Neq̄ enim quod ante oculos
situm est: sufficit intueri. In rerum exitus
prudentia metitur: eademq̄ in alterutro
mutabilitas: nec formidandas fortune
minas: nec exoptandas facit esse blandi-
cias. // Postremo equo animo tolles
oportet quicquid intra fortune archam
geritur: cum semel iugo eius colla submis-
seris. Quod si manendi abeundiq̄ scri-
bere legem velis: ei quam tu tibi domi-
nam sponte elegisti: nonne tu iniuriosus
fueris: et impatientia tuam sortem exacer-
babis: quam permutare non possis.

etiam futura: quia licet quandoq̄ prima salua fiant iudicia: vltima tñ alterius saporis
inquinamenta permanebūt. hec in fine de disciplina scholarium. et Tullius. ij. rbe-
thorice dicit. Errant qui in prosperis oēs impetus fortune putant effugisse sapiēter co-
gitant in temporib⁹ prosperis: causas aduersas reformidāt. et Seneca. i. de quatuor vir-
tutibus cardinalibus dicit. Si prudēs est animus tuus tribus rebus dispensetur:
presentia ordina: futura provide: et preterita recordare. Nam qui nihil de preterito co-
gitat perdit vitam. Qui nihil de futuro premeditatur per omnia incautus incedit.
pone aut̄ animū tuū mala futura et bona vt ista possis sustinere et illa moderari. et Bau-
fredus in poetria. Exemplo syrenes habe docearis in illis. Sub meliori statu semper
peiora caucto. Nulla fides rerum sequitur post mella venenum. Et claudit nox tetra di-
em nebuleq̄ serenum. Postremo equo animo. Dic ponit quāntam rationem que ta-
lis est. Quicumq̄ alterius iugo se submittit oportet q̄ mores eius patienter sustineat
sed homo affectione temporalium submittit se iugo fortune: ergo oportet q̄ mores for-
tune patienter tolleret. unde sicut iniuste agit qui vult imponere leges domine sue: ita
volens imponere legem fortune agit iniuste: hanc rationem pretendit in littera. Se-
cundo declarat dictum suū per quedā similia. ibi. Si ventis. Primo dicit postre-
mo id est vltimo dicam q̄ oportet vt tu tolles id est patiaris: equo animo id est cō-
stanti animo: quicquid geritur id est fit: intra archam fortune id est intra mundū: cū
semel submiseris id est subiugaueris colla. s. tua iugo fortune appetendo temporalia
tanq̄ premia tuorum meritorum: q̄ pro sed: si velis scribere id est scribendo impone-
re legem manendi et abeundi ei quam tibi dominam sponte elegisti: nonne fueris in

Prosa Secunda

iriosus: et impatientia id est per tuam impatientiam: et acerbabilis id est argues: fortunam id est fortunam quam non possis permutare. Nota quod philosophia mundum appellat archam fortune: quia sicut in archa triturando torquentur manipuli: sic fortuna in mundo torquet homines nunc prosperitate nunc aduersitate rotando. Nota circa hoc quod dicit, nonne iniuriosus fueris quod iusticia est libertas animi tribuens

Si ventis vela committeres: non quo voluntas peteret: sed quo flatus pelleret promoueretur. Si aruis semina crederes: feraces inter se annos sterilesque pensares. Fortune te regendum dedisti domine: moribus oportet obtemperes. Tu vero voluentis rote impetum retinere conaris. at omnium mortalium stolidissime si manere incipit fors esse desistit.

Libri secundi prosa prima explicit.

ergo iniuriabatur fortune volens sibi imponere legem manendi et recedendi. Si ventis vela committeres. Sic probat dictum suum per quedam similia: scilicet quod fortuna non sit in parte bonis dicens. Si committeres vela navis veteris: tu promoueretur .i. duceretur in quo voluntas tua peteret id est desideraret: sed quo flatus veteri te pelleret. Si crederes id est committeres semina: aruis id est agris: tu pensares id est iudicares: annos feraces id est fertiles: quod pro et steriles inter se: ita quod non haberes illos annos in potestate tua. a simili tu dedisti te regendum fortune: oportet quod obtemperes id est obediens moribus domine tue. vero pro sed tu conaris id est laboras: retinere impetum id est cursum: voluentis rote id est mobilis fortune et frustra laboras. Stolidissime id est stultissime omnium mortalium nescis quod si fors id est fortuna: incipit manere id est stabilis esse: quod tunc desistit id est desinit esse fors. Sicut enim non simul stant quod aliquis sit homo et non sit rationalis: sic non stant nisi quod non sit fortuna et non sit mutabilis. Nota quod sicut committens velis vento amplius non est in potestate sua duci quo vult: sed secundum impetum venti ducitur: et sicut committens semina agro non est in potestate eius quod proueniat anni fertiles vel steriles: sic a simili qui committit se fortune non est in potestate sua ut habeat fortunam prosperam vel aduersam. Nota circa hoc quod dicit voluentis rote quod antiquitus fortuna depingebatur cum rota hac ratione. nam in rota sunt quattuor diuersitates. vna pars est summa. alia infima. tertia qua de summo descenditur ad ymum. quarta qua de ymo ascenditur ad summum. Similiter in hominibus inueniuntur quattuor varietates. quidam enim sunt in summa prosperitate: et tales sunt eleuati in rota fortune. Alij sunt in summa aduersitate: et tales iacent deiecti sub rota. Tertij declinant de prosperitate in aduersitate: et tales descendunt de summitate rote. Quartij procedunt de aduersitate in prosperitatem: et tales ascendunt rotam fortune.

e liij

Liber secundus

Unde eleuatus i rota fortune dicit. Gloriosus eleuatus. descēdens dicit. Descēdo mor-
tificatus. defectus dicit. Infimus axe rotor. ascendens dicit. Letus ad alta uebor.
Nota q̄ natura non assuescit in contrarium. nam si lapis millesies proficiatur sursum
non assuescit ascendere sursum: cum natura eius sit descendere. Sicut ergo esset stolt-
tissimus qui laboraret alicui auferre sui naturam: sic stolidus est qui laborat fortune
auferre mutabilitatez que
est ei⁹ natura: ergo dicit
pb̄ia. at oīz stolidissime.

Metrum p̄mū secūdi libri.

Hec cum superba
verterit vices dex-
tra. Dic̄ incipit p̄i-
mum metrum huius secū-
di quod dicitur yponaus-
ticum ab inuenteore quia
labor nautaz cātu huius
modi metri subleuatur:
7 dicitur metrum iambis
cum a pede predomnan-
te. est autez iābus pes cō-
trarius trocheo constans
ex prima breui 7 vicia lō-
ga: 7 dicitur metrum trime-
trum. licet enim hoc me-
truz habeat sex pedes: tñ
computādo duos pedes

pro metro erit metrum trimetruz. In quo metro philosophia describit mores fortune
dicens. Cum hec scilicet fortuna verterit vices id est alternationes p̄speritatis 7 ad-
uersitatis superba dextra: 7 cum fertur more euripi id est maris: estuantis id est inun-
dantis: tunc fortuna sceua id est crudelis proterit id est conculcat reges dudū tremē-
dos id est metuendos: 7 ipsa fallax subleuat de aduersitate humilem vultum: victi. 7
depressi: nec ipsa audit fletus: nec curat miseros id est pauperes: 7 ipsa existens dura
quia nō flectitur ad voluntatem hominum: ridet id est deridet: vltro id est spontanee
gemitus supple miserorū quos fecit: sic illa ludit: sic p̄bat id est experitur suas vires:
7 ipsa monstrat suis magnum ostentū id est miraculū. Si quis visatur vna hora strat⁹
id est aduersitate depressus: 7 felix id est prosperitate eleuatus. q. d. fortuna videtur
exhibere suis id est hominibus qui bonis eius inbiant magnum miraculum: quando
aliquis subito videtur mutari de aduersitate in prosperitatez 7 econuerso. Nota q̄
fortuna dicitur superba eo q̄ nullum veretur: nec aduertit probitatem nec maliciā ali-
cuius: 7 si vocatur more superborum obaudit. Nota q̄ euripus secundum aliquos
est ventus turbinis. 7 dicitur euripus quasi curus rapidus: 7 est curus nomen venti.
Secundum alios autem 7 forsan melius euripus est brachium vel sinus maris cuius
decursus ē incertus: 7 propter incertitudinem sui cursus frequen: er periclitantur ibi
naues. 7 dicitur ab eu quod est bonum 7 ripa quasi bona ripa per contrariuz. sicut er-
go cursus euripi estuantis est incert⁹: sic 7 mutabilitas fortune. Nota de operatio-
ne fortune qualiter hos eleuat 7 hos deprimit: loquitur Alanus in antiochiano di-
cens. Precipitem mouet illa rotam motusq̄ laborum. Nulla quies claudit nec sustinet

Metrum primum libri secundi.

Hec cū supba verterit vices dextra
Estuantis more fertur euripi.
Duduz tremēdos seua proterit reges
Humilemqz victi subleuat fallax vultum
Nō illa miseros audit haud curat fletus:
Vltroqz gemitus dura quos fecit ridet:
Sicqz illa ludit sic suas probat vires.
Magnumqz suis monstrat ostentum
Siquis visatur vna stratus ac felix hora.

Prosa secunda secundi libri.

Prosa secunda

ocla motu. Dos premit: bos eleuat: bos deicit: erigit illos. Cogit et s' varios homines descendere casus. et samariensis alias pauper d'ericus. Quicquid agas: quicquid dicas: quicquid patiaris. Non facis ut retrahas que mea dextra trahit. Sic ego prima tum venerandoq; scepra tenebo. Et pro: velle meo mel tibi felq; dabo.

Prosa secunda secundi libri.

Vellem autem pauca tecum fortunę ne ipius verbis agitare. Tu igitur an ius postulet animaduerte. Quid tu o homo reas me quotidianis agis que relis. Quam tibi fecimus iniuriam. Que tibi tua detraximus bona. Quouis iudice de opum dignitatunq; mecum possessione contende. Et si cuiusq; mortalium proprium: quid horum esse monstraueris ego ea tua fuisse que repetis sponte concedam. Quis te matris utero natura produxit: nudum rebus omnibus inopemq; suscepit: te meis opibus foui: et quid te nunc impatientem nostri facit: fauore prona indulgentius educaui. Et omnium que mei sunt iuris affluentia et splendore circumdedi. Nunc mihi retrahere manus libet. habes gratias velut usus alienis. Non habes ius querele: quicquid tua perdidideris proorsus.

ductionem noue persone vtendo prosopopeya: que figura a Tullio vocatur confirmatio. persuadet igitur philosophia Boetii introductionem fortune dicens. Vellem autem et cetera. Quid tu o homo. Dic philosophia introducit fortunam alloquentes Boetium que ostendit querimoniam eius esse iniustam: quia nihil sibi abstulit. Primum ergo fortuna ostendit quod nihil Boetio iniuste abstulit. Secundo quandam responsionem Boetij excludit. ibi. An tu mores. primo ergo facit quod dictus est: et tunc secundo respondet tacite questionem. primo dicit fortuna ad Boetium. O tu homo quid agis id est veras vel facis me reas: quotidianis id est assiduis querelis. q. d. facere non deberes: quam tibi fecimus iniurias: quasi diceret nullas. que tua bona tibi detraximus quasi diceret nulla. contende mecum in iudicio de possessione opum et dignitatum: coram quocumq; iudice: et si non monstraueris aliquid esse proprium horum bonorum cuiusq;

Vellem autem pauca tecum. Dic incipit prosa secunda huius secundi in qua philosophia probat Boetium non esse conquerendum de fortuna: quod nihil sibi abstulit: et introducit fortunam alloquentem Boetium. et dicitur: quia primo persuadet Boetium introductionem fortune. Secundo introduxit eam. ibi. quid tu o homo. Primum philosophia dicit. S. B. ego philosophia vellem tecum pauca agitare id est discutere verbis ipsius fortune. tu vero animaduerte an ius id est iusticia postulat hoc. Nota quod similitudo orationis quodammodo generat fastidium: ideo quandoque ipsas oportet mutare. unde Tullius quarto libro rhetorice dicit Sermonez in dicendo commutare oportet: ut facile satietas varietate vitetur: ideo philosophia hic variat orationem per intro-

Liber secundus

Mortalium ego sponte concedam tibi ea que repetis fuisse tua. quod autem non sint tua nec alicuius hominis propria probo tibi: quia cum natura produxit te de utero matris: ego suscepi te nudum et inopem id est carentem omnibus rebus: et fovi te meis opibus: et ego prona id est prompta: educaui id est nutruui te: indulgentius id est clementius: fauore id est gratia mea: quod te nunc facit impatientem nostrum id est contra nos: quia si Boetius a principio non fuisset nutritus prosperitate fortune: non fuisset impatiens de amissione eius. et subdit. Ego circumdedit te affluentia et splendore omnium bonorum que sunt mei iuris id est patris: nunc autem liber id est placet mihi retrahere manus: tu habes gratiam id est mihi referre grates tanquam usus alienis: non habes ius quod rele quod tua perdidisti. Quid igitur ingemiscis querulando: nulla tibi a nobis illata est violentia: omnes

Quid ergo ingemiscis: nulla tibi a nobis illata est violentia. Omnes honores ceteraque talium mei sunt iuris. Dominam famule cognoscunt: mecum veniunt: mecum discedunt. Audacter affirmez si tua foret que amissa conqueris: nullo modo perdidisses. An ego sola meum ius exercere prohibeor. Licet celo proferre lucidos dies: eosdemque tenebrosis noctibus condere: licet anno terre vultum nunc floribus frugibusque redimere. Nunc nimbis frigo

pes honores et cetera talium sunt mei iuris id est potestatis: et famule mee scilicet honores et potestates cognoscunt me dominam: mecum veniunt: mecum discedunt. Audacter affirmez si tua forent que conquereris amissa nullo modo ea perdidisses. Nota quod tota ratio fortune in hoc consistit. Nulli manet rationabilis querimonia de eo qui nihil aliorum aufert: sed propria pro suo libito disponit: sed fortuna nihil abstulit quod erat Boetij: sed propria disposuit pro suo libito: ergo et cetera. Nota de hoc quod dicit que tibi tua. Seneca dicit in de remedijs. Non est tuum quod fortuna fecit esse tuum. Alienam est omne quicquid oprando euenit: et nihil ipsius proprium putar illi cer quod eripi potest. Nota quod homo producitur nudus ex utero matris: per hoc innuitur magna eius miseria. si enim homo nudus nascitur et nullo indigeret minus esset miser: sed quia nudus nascitur nihil possidens et pluribus indigens: ideo magis miser est. unde pauper henricus. Primus in mundo tecum tua quanta tulisti. Nudus eras primo et postea nudus eris. Nota quod bona exteriora non sunt propria hominis: quia dicit Seneca. Nihil proprium dicas quod mutari potest fortuna. reposit scit quod dedit. donum quod dari potuit: auferri potuit: et quod fortuna non dedit non eripit.

An ego sola meum ius exercere. Sic respondet tacite questionem. diceret aliquis fortune. licet bona exteriora sint tua: tamen postquam ea homini contulisti non deberes amplius auferre. huic questionem respondet fortuna dicens: quod homo esset contra ius et contra naturam suam. quam nullus debet sibi auferre: imo deus uti sicut ceterae res utitur sua natura. unde dicit. Numquid sola prohibeor exercere ius meum: cum omnia alia exerceret

Liber secundus

ta: pādīt. i. manifestat: alios hiatus. i. receptacula cupiditatis. Et tūc q̄rit fortuna q̄
iam frena retentent id est detinebunt certo fine: cupidinem id est auariciam hominū
precipitem id est precipitantem hominem: cum sitis id est desiderium habendi fluēs
largis muneribus ardescit in homine: et ideo ille qui intrepidus terrore aduersitatis
et gemens credit sese egentem: ille nunquam diues agit id est vitam ducit. Nos

ta circa hoc q̄ dicit pleno
copia cornu: q̄ cum Hercu-
cules quodaz tempore lu-
ctaretur cuz Achileo: et a-
chileus mutaret se i thau-
ruz: Hercules apphēdēs
ipsum per cornu effregit
illud: et repletuz pomis et
floribus odoriferis sacris-
ficauit illud fortūe: quod
cornu dicitur fortuna qui-
busdaz propinasse plenū:
quibusdā vacuum: qui-
busdā semiplenum: secu-
dum diuersum statum p̄-
speritatis et aduersitatis
hominum. Nota q̄ for-
tuna inuehitur cōtra aua-
riciam hominum: quod
Tullius in libro tusculanarum
questionuz. d. auaricia studiū pecunie habz
quā nemo sapiens cōcu-

piunt. ea enim quasi malis ventens imbuta corpus animumq̄ virilem offendit. ipsa
cū infatiabilis manens neq̄ copia neq̄ inopia minuitur. et in eodē hoc dicit. Quid
est q̄ multi cupiditate pecunie feruntur: quoruz ita perturbantur animi: vt non mul-
tum absint ab insania. et dicit Seneca epistola. lxxv. Auaricia nunq̄ habz maius ma-
lum nisi q̄ ingrata est. et lxxij. epistola. Auaros comparat canibus dicēs. Vidisti ali-
quem canem missum a domino panis frustra aut carnis aperto ore captantem quies-
quid arripit protinus integrum deuorat: et semper ad spem futuri inhiat. Idem etiā
euenit nobis quicquid nobis fortuna expectantibus porrigit: illud sine omni volun-
tate dimittimus: et statim ad rapinam alterius erigimur. Nota qui credit se egen-
tem non est diues sed pauper: quia dicit Seneca prima epistola. non qui parum has-
bet: sed qui plus cupit pauper est. Quid enim refert quantum illi in archa: quantum
i horreis iaceat: si alieno hiatu imminet. Nota q̄ diuitie non tollunt auariciā: sed
augmentant. vnde Seneca decimasexta epistola dicit. Congregatur in te quicquid
locupletes possederunt: ultra priuatum pecunie modum fortuna te prouebat: auro te
gat: purpura vestiat: terram marmoriq̄ occultat: accendant statue et picture: et quies-
qd vlla ars elaborauit maiora cupere ab his desistes. vnde Iuuenalis. Interea ples
no dum turgent saculis ere. Crescit amor nummi quantum pecunia crescit.

Multi prodigus auri.

Et claris auidos ornet honoribus.

Nil tam parua videntur

Sed quesita vorans seua rapacitas:

Alios pandit hiatus.

Que iam precipitem frena cupidinem

Certo fine retentent

Largis cum potius muneribus fluens

Sitis ardescit habendi.

Nunq̄ diues agit qui trepidus gemens

Sese credit egentem.

Prosa tertia libri secundi:

Prosa tertia secundi libri.

Prosa tertia

Is igitur si pro se tecum fortuna. Hic incipit tertia prosa huius secundi in qua philosophia probat Boe. non debere conqueri de fortuna: quia multa bona sibi contulit. et primo inquit philosophia quid sentiat de dictis fortune. secundo bona fortune sibi collata enumerat. ibi. verumtamen. Primum ostendit philosophia quod Boetius nihil habeat loqui contra fortunam. Secundo Boetius respondet

Is igitur si pro se tecum verbis fortuna loqueretur: quid profecto contra hisceres non haberes. At si quid est quo querelam tuam iure tuearis proferas oportet. dabimus tibi dicendi locum. Boe. Tum ego speciosa quidem ista sunt inquam. Oblitaque rhetorice ac musice melle dulcedinis: tum tantum cum audiuntur oblectant. Sed miseris malorum altior est sensus. Itaque cum hec auribus insonare desierint: insitus animi meror pregruat. Philosophia. Et illa ita inquit. Hec enim nondum morbi tui remedia:

Tertio philosophia eius responsionem approbat sicut patebit. dicens primo. si fortuna loqueretur tecum his verbis pro se: profecto pro certe: tu non haberes quid contra hisceres id est non haberes unde aperires os ad respondendum fortune. at si quid est quo tuam querelam iure tuearis: oportet id esse necesse est ut proferas. dabimus tibi locum dicendi.

Tum ego Boetius inquam id est dixi vel respondi. Speciosa quidem sunt ista que fortuna dixit: et sunt oblita id est delinita: melle id est delectatione rhetorice dulcedinis scilicet quantum ad prosam: ac pro et musice dulcedinis: scilicet quantum ad

metrum: et tantum tum. id est tunc: oblectant id est delectant animum meum cum audiuntur: sed sensus id est perceptio malorum: et altior id est profundior miseris quam isti possint attingere: quasi dicat quavis verba fortune superficialiter me delectent: tamen ad profunditatem mei doloris non attingunt. Itaque id est ergo: cum hec verba fortune desierint id est cessauerint insonare auribus meis: meror incitus id est immisus pregruat animum meum. Tunc philosophia approbat responsionem Boetii dicens. Ita est. hec enim verba fortune nondum sunt remedia tui morbi: sed sunt quedam fomenta id est linimenta: aduersum curationem id est contra sanationem contumacis doloris. nam remedia que penetrant id est immittunt sese in profundum perturbationum expellendo causam radicalem tui morbi: ista amouebo id est apponam cum fuerit rempestiuum. Nota quod Boetius nihil habuit loqui contra verba fortune quia verum dicit: et contra veritatem non est loquendum. Nam vero omnia consonant: et veritas sibi ipsi attestatur secundum Aristotelem. Nota hinc est verbum inchoatum: et profertur per syncopam: quia regulariter deberet dici hiasco. unde hiascere est hiatum inchoare: cum aliquis aperit os. Nota quod oblitus altera producta est participium huius verbi obliuiscor. Sed oblitus altera correpta descendit a verbo obliuio: et oblitus id est quod maculat. unde versus. Immemor oblitus notat: oblitus est maculat.

Nota circa hoc quod dicit insitus meror animum aggrauat: quod quis non doleret de infortunio nulli contingit nisi animo multum eleuato super fortunam: quia dicit Seneca. lxxv. epi. plus equo afo te dolere nolo: sed ut non doleas vix exigere audeo. nulli autem ista firmitas animi contingit nisi multum supra fortunam eleuato. et subdit. illud agamus ut iocunda nobis fiat amissorum recordatio. nemo libenter ad id redit quod non sine tormēto cogitaturus est. Nota quod per rhetoricam et musicā dulcediem fortune Boetius adhuc non fuit restitutus virtuti et sapientie: quod attestatur eius meror aggrauans animum. Nam virtus et sapientia dolorem et merorem opprimit: vnde Seneca. lxxv. epistola. Quemadmodum mixtura lumina claritas solis obscurat: sic dolores mesticias: iniurias: sapientia et virtus sua magnitudine elidit atque opprimit.

Verumtamen ne te existimari miserum velis. Hic philosophia enumerat bona fortune Boetij collata: ratione quorum non debuit se estimare miserum. et primo enumerat bona preterita que ipsum felicem fecerunt. postea enumerat in quarta prosa bona que ipsum in presenti felicem ostendunt. primo igitur philosophia describit felicitatem suam preteritam. secundo excludit quendam obiectiones. ibi. Quod si idcirco. Primo enumerat quedam bona communia. secundo magis specialia. secunda ibi. Preterea libet. Primo dicit. O. B. ne. i. nō velis te existiare miserum: nūquid oblitus es numerum: quod per modum felicitatis tue. taceo id est pertrāseco: quod te desolatum id est priuatum: parente id est patre et matre: cura summorum virozum id est cōsulum romanorum te suscepit: et tu delectus id est de alijs electus in affinitate principum ciuitatis cepisti prius esse carus quam proximus: quod est preciosissimum genus propinquitatis. quis non predicabit te felicissimum cum tanto splendore tuorum socerorum: cum tanto pudore coniugis id est vxoris: et cum oportunitate id est oportuna felicitate masculine proles: quasi diceret nullus est qui non iudicauerit te felicem in his. Nota quod triplex est genus propinquitatis. Primum quod contrahitur ex genealogia: et in tali propinquitate aliquis simul efficitur proximus et carus. nam frater fratri est carus et propinquus. Alia est propinquitas que contrahitur ex matrimonio: et vocatur affinitas: et in tali propinquitate aliquis prius efficitur propinquus quam carus. Tertia propinquitas contrahitur ex hominis moribus et virtutibus: et hoc est preciosissimum genus propinquitatis: et in tali aliquis prius efficitur carus quam propinquus: et sic Boetius prius factus fuit romanis principibus carus ratione virtutis quam propinquus matrimonio contrahendo cum eis. Nota quod philosophia dicit Boetium fuisse felicem splendore socerorum in plurali: cum tamen non habuerit nisi vnum socerum: nam so-

sed adhuc contumacis aduersus curationem doloris fomenta quedam sunt. Nam que in profundum sese penetrant: cum te pestium fuerit amouebo. Verumtamen ne te existimari miserum velis: an numerum modumque tue felicitatis oblitus es. Taceo quod desolatum parente summorum te virozum cura suscepit: delectusque in affinitatem principum ciuitatis: quod preciosissimum propinquitatis genus est: prius carus quam proximus esse cepisti. Quis non te felicissimum cum tanto splendore socerorum

Prosa Tertia

cer dicitur: cuius filiam aliquis ducit: et non legitur quod Boetius habuit duas uxores. ad hoc potest dici quod hic accipitur socer large non tantum pro patre uxoris: sed etiam pro fratre qui large etiam potest dici socer: ergo dicitur profrater socerorum. Nota quod ex tribus philosophia dicit Boetius felicem fuisse: ex honestate socerorum: ex pudore conjugis: ex oportunitate masculinae proles id est suorum filiorum.

Præterea liber enim præterire communia. Dic philosophia enumerat quedam bona specialia ex quibus Boetius non debet se estimare miserum et dicit. ego prætereo id est pertransire volo: quia mihi liber præterire communia. supple bona: et delectat me venire ad specialem cumulum tue felicitatis: scilicet assumptas dignitates in adolescentia negatas senibus. et subdit: si quis fructus mortalium rerum habet vllum pondus beatitudinis: id est si propter aliquod temporale bonum homo debet dici felix: poterit ne memoria illius lucis id est tue felicitatis quam iam dicam deleri quantalibet mole id est

quocumque pondere ingruentium malorum: quasi diceret non potest deleri. et que est illa felicitas cuius tu vidisti liberos tuos id est filios tuos pariter consules id est in consules electos: prouehi id est duci de domo tua: sub frequentia id est diligentia patrum scilicet seniorum: et sub alacritate id est sub gaudio plebis et tu cum eisdem filiis tuis insidentibus: curules id est sedes iudicarias: orator id est predicator regie laudis meruisti gloriam ingenij et facundie: cum tu medius in circo id est in circulatione duorum consulum scilicet filiorum tuorum faciasti expectatione circumfusa multitudinis: triumphali largitione id est victoriam triumphatione ut ego opinor: tu dedisti verba id est deceptiones fortune cum te illa demulceret dum te fouet ut suas delicias: tu abstulisti munus quod nunquam commodaerat vlli id est alicui: priuato id est extraneo. vis ne cum fortuna ponere calculum id est computationem: nunc ipsa fortuna primum perstrinxit te oculo: lumentis id est inuidio. si consideres numerum et modum letorum: ve pro vel tristium id est prosperitatis et aduersitatis adhuc non possis te negare felicem. Nota philosophia per hoc quod dicit prætereo et prius dicit raceo. utitur quoddam colore rhetorico qui dicitur occupatio. et diffinitur sic a tullio. Occupatio est cum dicimus nos præterire: aut nescire: aut nolle dicere illud quod tamen maxime dicimus. Nota quod mos erat romanorum ante. xxx. annos nulli conferre aliquam dignitatem: nisi propter singularem dignitatem vel probitatem: vel propter publice rei euentem utilitatem. Boetius autem in adolescentia ante. xxx. annos electus fuit in consules: et hoc philosophia vocat felicitatem communem

est quocumque pondere ingruentium malorum: quasi diceret non potest deleri. et que est illa felicitas cuius tu vidisti liberos tuos id est filios tuos pariter consules id est in consules electos: prouehi id est duci de domo tua: sub frequentia id est diligentia patrum scilicet seniorum: et sub alacritate id est sub gaudio plebis et tu cum eisdem filiis tuis insidentibus: curules id est sedes iudicarias: orator id est predicator regie laudis meruisti gloriam ingenij et facundie: cum tu medius in circo id est in circulatione duorum consulum scilicet filiorum tuorum faciasti expectatione circumfusa multitudinis: triumphali largitione id est victoriam triumphatione ut ego opinor: tu dedisti verba id est deceptiones fortune cum te illa demulceret dum te fouet ut suas delicias: tu abstulisti munus quod nunquam commodaerat vlli id est alicui: priuato id est extraneo. vis ne cum fortuna ponere calculum id est computationem: nunc ipsa fortuna primum perstrinxit te oculo: lumentis id est inuidio. si consideres numerum et modum letorum: ve pro vel tristium id est prosperitatis et aduersitatis adhuc non possis te negare felicem. Nota philosophia per hoc quod dicit prætereo et prius dicit raceo. utitur quoddam colore rhetorico qui dicitur occupatio. et diffinitur sic a tullio. Occupatio est cum dicimus nos præterire: aut nescire: aut nolle dicere illud quod tamen maxime dicimus. Nota quod mos erat romanorum ante. xxx. annos nulli conferre aliquam dignitatem: nisi propter singularem dignitatem vel probitatem: vel propter publice rei euentem utilitatem. Boetius autem in adolescentia ante. xxx. annos electus fuit in consules: et hoc philosophia vocat felicitatem communem

non quod communiter omnibus hoc concederetur: sed quia non solum Boetius, sed alijs paucis hoc accidit. Refert enim Tullius in libro de amicitia: quod Scipio ante triginta annos bis factus est consul, similiter Germanicus iuuenis consul factus est ante .xxx. annos: sed singularem felicitatem Boetius tangit dicens. Tum duos pariter consules. Nota quod secundum Isidorum in libro etymologiarum curules erant sedes in quibus magistratus sedentes iura reddebant. et dicuntur curules a curru: quia tali sede utebantur in curru iudices quo vehebantur: ut expeditius populo iudicia redderent. Nota quod consuetudo erat apud Romanos id electione consulum habere sermonem ad populum de laudibus regum et electorum in magistratum: et si bene predicavit inde gloriam consequeretur. huiusmodi sermonem fecit Boetius in electione suorum filiorum in consules: et exinde sua gloria

fuit geminata. et quia consimilis sermo consuevit fieri in triumphis in laudem eorum qui obtinuerant victoriam: ideo huiusmodi sermonem vocat triumphalem largitionem. Nota qui bonum aliquod promittit: et non adimplet ille dat verba et non rem et sic decipit. ergo dicit philosophia dedisti fortune verba id est deceptions promittendo et aliquid boni quod ipsa te ita fouet. Nota quod calculus in una significatione est parvus lapillus qui calcando non ledit: et quia talibus lapillis utebantur antiqui in computando: ideo calculare vel calculum ponere ponitur pro computare vel pro ratione ponere. ergo dicit philosophia. Vis ne ergo cum fortuna calculum ponere: quasi diceret non debes: si computabis cum ea ipsa inueniet te multo feliciorum quam miserum

Quod si idcirco te fortunatum esse. Dic philosophia excludit quandam obiectionem. posset aliquis dicere: hec predicta bona non faciunt me felicem: quia sunt transitoria. hanc obiectionem excludit philosophia dicens. Quod pro sed: si non estimas te fortunatum id est felicem: quoniam pro quia illa abierunt que tunc videbantur leta. etiam non debes te estimare miserum: quia que nunc creduntur id est videntur mesta pretereunt. An nunc pro nunquid tu venisti primum in hac scenam id est ymbriam vite: subitus id est improvisus: quod pro et: hospes id est advena tu ignores que gerantur in hac vita: ne pro nunquid: reris id est opinaris ullam constantiam inesse humanis rebus cum ipsum hominem sepe dissoluat velox hora mortis. nam si fortuitis rebus est fides permanendi licet rara: tamen ultimus dies vite est quedam mors fortune etiam manentis fortune. quid igitur putas referre id est distare: ne id est an tu deseras illam fortunam moriendo: an pro vel illa te deserat fugiendo: quasi diceret nihil refert quousque ad inconstantiam fortune siue fortuna hominem deserat siue deseratur: manifestum est quod permanere non potest. Nota quod in rebus humanis non est constantia: cuius ratio est. In isto quod est genitum nulla est constantia: quia nihil est genitum quod non sit

in circo duorum medius consulum circumfusa multitudinis expectatione triumphali largitione satiaasti. dedisti ut opinor verba fortune dum te illa demulcet: dum te ut suas delicias foueret. Adunus quod nulli unquam privato commendauerat abstulisti. Vis ne ergo cum fortuna calculum ponere. Nunc te primus luventi oculo prostrinxit. Si numerum modumque letorum tristium ve consideres: adhuc te felicem negare non possis. Quod si idcirco

Metrum Tertium

corruptibile et non permanens: sed res humane sunt genere et producte: ergo et. Notandum quod non est durabilis fortune prosperitas: quia ipsam cito fugat aduersitas. vnde Saufredus in poetria. Omnibus ne crede tuis si tempore paruo. Illuxere tibi mox sunt clausura serenum. Nubila fata diem: inducentque crepuscula noctem: propter quod non est adhibenda fides rebus fortuitis.

te fortunatus esse non estimas: quoniam que tunc leta videbantur abierunt. Non est quo te miserum putas: quoniam que nunc mesta creduntur pretereunt. An tu in hac vite scena: nunc primum subitus hospesque venisti: vllam ne humanis rebus inesse constantiam reris: cum sepe ipsum hominem velox hora dissoluat. Nam et si rara est fortuitis manendi fides: vltimus tamen vite dies mors quedam fortune est etiam manentis. Quid ergo referre putas: Tu ne illam moriendo deseras. An te illa fugiendo deserat.

Metrum tertium secundi libri.

Quam polo phebuis roseis quadrigis
Lucem spargere ceperit
Pallet albentes ebetata vultus
Flammis stella prementibus
Cum nemus flatu zephyri tepentis
Aernis irrubuit rosis

Secundi versus dicitur gliconicum ab inuentione: coriam bicum a pede predominante. In hoc ergo metro phia declarat tribus exemplis mutabilitatem mundanorum. primum exemplum est de corporibus celestibus tale. Sole lucente in celo: tunc obscuratur lumen aliarum stellarum. Ecce mutatio stellarum quo ad lumen quod tamen prius apparerat tempore noctis: sed sole nobis lucente non apparet. vnde dicit in littera. cum phebuis id est sol: ceperit id est inceperit: spargere id est emittere lucem: roseis quadrigis id est roseo curru: stella ebetata id est obscurata: flammis id est luminibus solis prementibus: ipsa pallet id est pallida fit secundum albentes vultus. Secundum exemplum est in terre nascentibus tale. zephyro flante terra ornatur floribus: sed austro flante flores deficiunt. Ecce mutatio in terre nascentibus. vnde dicit in littera: cum id est

Nota quod philosophia tangit vnam rationem quod fortuna non sit constans que talis est. homo non est constans: ergo nec fortuna. atque cedens patet: quod hominem sepe dissoluit velox hora mortis. consequentia probatur ex hoc: quod fortuna non habet esse nisi circa hominem: cum sit in agentibus a proposito secundo philosophorum: ergo dicit philosophia nihil differt quo ad inconstantiam fortune: siue fortuna derelinquat hominem fugiendo: siue homo derelinquat ipsam moriendo quocumque modo fiat semper ipsa est inconstans et non permanens.

Metrum tertium secundi libri.

Quam polo phebuis roseis quadrigis:
Istud est metrum tertium huius secundi: cuius primus versus dicitur saphicus ab inuentione: retrochaicus a pede dominante. metrum autem

Vite stentoria
habitationem
transitoriam
stentoria
manu p.t.

Liber secundus

quando nemus irrubuit ventis id est venerabilibus rosis: flatu cepheri repentis id est calētis: si auster nebulosus spiret. i. stare inceperit: insanū. i. insane iam decus rosarū abeat spinis. i. recedat de spinis. Tertium exemplū est de mari tale. Quando mare nō agitur ventis appet trāquillū: sed ventis agitatū efficit tēpestuosum: ecce mutabilitas maris. vñ dicit in littera. Sepe mare radiat. i. splēdet tranquillo sereno. i. serena trāquillitate: imotis id ē nō motis fluctibus: sepe aquilo cōcitat. i. puocat feruentes pcellas. i. tēpestates verso equore. i. motu mari. tūc hortat pbia ne credamus bonis fortune dicēs. Si mūdo pstat id est pmanet sua forma rara vt ex dictis patet: et si mūdo variat tātas vices. i. alternatōnes: tunc crede caducis. i. trāsitoriis fortūis hoīz. i. noli credere: et loquit ironice. debet enim intelligi p cōtrarium: crede. i. noli credere bonis fugacib⁹ quāta sūt bona fortūe. qd pz ex hoc qz constat. i. manifestū est et ē positū. i. stabilitū eterna lege. i. diuina lege vt nihil genitū constet. i. immutabiliter pmaeat.

Spirat insanum nebulosus auster.

Jam spinis abeat decus

Sepe tranquillo rabiāt sereno

Immotis mare fluctibus

Sepe feruentes aquilo procellas

Verso concitat equore.

Rara si constat sua mundo:

Si tantas variat vices.

Crede fortunis hominū caducis

Bonis crede fugacibus.

Constat eterna positumqz lege est:

Et constat genitum nihil.

Prosa quarta libri secundi:

Nota q poete attribuunt soli quadrigā q dicit a numero quattuor equoz. Poete enī fingūt currum solis trahi quattuor eqs ppter quattuor diuersitates solis. Nā solcū oritur est rubens hora tertia splendēs: hora meridiei feruēs: sed hora vespertina est tepēs. Lūne vero attribuit bīgā ppter duas prietates lune. nā luna virtualiter ē frigida et hūida. No. circa hoc q dicit crede fortunis bonis. Sene. di. in li. de cōsolatione filij Delye. Nunq ego fortune credidi q cū mecū videretur pacē agere: oīa quecūqz in me indulgentissime conferebat: pecuniam: honores: grām: eo loco posui vnde posset sine motu meo reperere. Interuallū magnū inter me et ipam habui: itaqz nec illa abstulit nec emisit. Nemī nem aduersa fortuna cōminuit nisi quē secūda decepit. Fortuna fortes metuit: igna uos expauit: opes auferre pōt: aīm autem subripere nō pōt. Nota q pbia bona fortune appellat caduca: qz dicit Sene. lrv. epistola. Quia ista i q fortuna diuīz exercet sua sunt: sicut pecunie honores ibecilla sunt: fluida mortalia sunt et passiones incerte. Nota dicit nullū genitū esse cōstans. dicit Sene. epla pallegara. Quia mortalia minuntur: cadūt: deferunt: decrescūt: exhauriunt. itaqz in illis in sorte causa incerta iniqua lras est: diuīnoz aut vna natura est.

Prosa quarta secundi libri.

Am ego vera inq. Hec est quarta prosa butus secūdi in qua pbia pbat Boe. hoc nō esse conquerendum de fortuna propter presentia bona que tibi dereliquit. et primo Boe. confitetur se fuisse felicem deplangens presentem infelicitatem. Secundo philosophia ostendit ipsum esse felicem in presenti statu. ibi. Sed q tu, di. ergo Boe. Quia nutrit oīm virtutum: tu commemoras vera: nec possum in

Insuper aut nota sum compo ab m et fano di in fano q no furo
ne esse factu contende negare et de quod vni est q no factu factu
p q vitatū mēdāto m h Et est de in fano rem d bitam d negare
cu a creditore de post hū d In fano m tūgēus qm d negat in fano
q ab in fano hēc in fano az / v negare

Prosa quarta

ficiari id est negare: velocissimum cursum id est recessus mee prosperitatis: sed hoc est quod coquit id est anxiat vehementer me recolentem preteritam prosperitatem. nam in omni aduersitate fortune infelicissimus genus infortunij est fuisse felicem et iam non esse. Nota philosophia dicitur nutrix omnium virtutum: quia omnis virtus consistit in medio: medium non attingitur nisi recta ratione: que recta ratio est sapientie et

Quam ego vera inquam commemoras. Virtutum omnium nutrix nec ificiari possum prosperitatis mee velocissimum cursum: sed hoc est quod recolentem vehementius coquit. Nam in omni aduersitate fortune infelicissimus genus infortunij est fuisse felicem. Philosophia. Sed quod tu inquit false opinionis supplicium tuis id rebus iure imputare non possis. Nam si te hoc inane nomen fortuite felicitatis mouet: quam plurimis maribusque abundes mecum reputes licet. Agitur siquid in omni fortune tue censu preciosissimum possidebas: id tibi diuinitus illesum adhuc inuiolatumque seruetur. Poteris ne meliora queque retinens de infortunio iure causari. Atqui viget incolumus illud preciosissimum humani generis decus. Symacus socer: et quod vite precio

bilis est bona non acquirere quam acquisita amittere: ideoque lectores videbis quos fortuna nunquam respexit quam quos deseruit. Item dicit in libro de consolatioe filij helye. Unum habet bonum assidua infelicitas quam illos indurat quos verat. Infortunium autem discontinuum est cum aliquis mutatur de aduersitate in prosperitatem: et iterum de prosperitate in aduersitatem: et tale est infelicissimum genus: quia sepe deiecit hominem in desperationem. unde Samaritanus. alias pau. heri. O bona prosperitas ubi nunc es: nunc mea versa est. In iuctu cithara: fit lacrimosa lira. O mala dulcedo subito que sumpra venenas. Que vere compescas mellea felle graui. Sed quod tu inquit false opinionis. Sic philosophia ostendit Boetius. in presenti esse felicem propter multa bona que adhuc possidet. secundo probat felicitatem fortuitam nulli posse totaliter euenire. Tertio probat veram felicitatem in bonis fortuitis non consistere. secunda ibi quis est enim. tertia ibi. atque ut agnoscas. primo ponit philosophia quam non debet querulari Boetius. de infortunio cum abundet adhuc pluribus bonis: et illa bona philosophia enumerat. scdo

philosophie. Item cum philosophia diuidatur in practicas et speculatiuam: ipsa includit prudentiam que est recta ratio agibilium: ex vi. ethicorum. prudentia autem colligata est omnibus virtutibus: ex eodem vi. propterea philosophia dicitur nutrix omnium virtutum. Nota que recordatio preterite felicitatis coquit hominem: ideo dicit Sene. lxxv. epistola. Illud agamus ut iocunda nobis fiat amissorum recordatio: hoc autem contingit cum animus paratus est ad amissionem eorum. Nota que duplex est infortunium: quoddam continuus aliud interpolatus siue discontinuum. primum infortunium est infelix. secundum est infelicissimum. Infortunium enim continuus ex consuetudine minus nocet: quia dicit Sene. in libro de tranquillitate animi. Tollera

Liber Secundus

ipsa consolatur enim. ibi. Cum igitur. dicit primo. **B**oeti: quod tu luis id est patias
ris: supplicium false opinionis id. i. illud non potest iure imputari rebus. nam si mouet
te inane nomen fortune felicitatis: licet id est licitum: ut tu repures. i. coputes mecum
quod plurimis: quod pro et maximis bonis abundes. si igitur illud bonum tibi seruetur dicitur ille
sum: que pro et inuolatum: quod tu possides: debas preciosissimum in omni sensu id est tibi
sacro tue fortunae: poteris
ne retinens queque meliora
ture causari id est conque
ri in fortunam: quasi diceret
non. Tunc enumerat bon
na eius. atque pro certe il
lud preciosissimum decus
humani generis scilicet Sym
machus socer tuus: iste vis
get id est floret: incolumis
id est sanus: quod inquam
decus non segnus id est non
tardus emeris precio vi
te: quasi diceret tu tantum
diligis eum quod vitam tuam
pro eo exponeres. Syma
chus vir totus factus ex
sapientia et virtutibus: il
le securus suarum supple
mentarum ingemiscit de

addelet subna

Remedia

ordinandus

acquirat dno
pro dno dno tunc

at laudat

ad dno fortune
subtilitas magi
mja, sup. hys

tuis iniurijs. viuit vxor tua modesta ingenio: precellens pudore pudicitie: et vt inclu
dam breuiter omnes dotes id est virtutes eius: ipsa est similis patri suo scilicet Sym
macho: et ipsa existens exosa id est tediosa huius vite: tantum tibi seruat spiritum id est
ipsa tantum viuit propter te: quo id est in quo vno: ego concesserim tuam felicitatem
minui supple quod vxor tua tabescit id est tristatur lachrymis et dolore desiderio tui. quid
dicam liberos supple tuos consulares: quorum specimē id est similitudo ingenij pater
ni id est tui: vel auici id est auis ipsorum scilicet Symachi: qui fuit auus ipsorum: ex par
te matris: elucet vt in id etatis pueris: quasi diceret liberi tui sunt similes patri et auo
ipsorum in prudentia in quantum etas permittit. Notandum sicut inferius probabitur
quod in rebus fortuitis non potest consistere vera felicitas. Ideo illi qui adaptione
talium rerum felices se existimabant: et ex amissione earum infelices falsa opinione de
cipiebantur. et licet in opinione eorum sic esset: non tamen erat in re. Ideo dicit philoso
phia ad Boetium: quod tu false opinionis supplicium luis id rebus imputare non potes.

Nota supplicium false opinionis est in animo non in re. vnde Seneca. xvij. ep. sto
la. Multis parasse diuitias non fuit finis miseriarum: sed mutatio diuitiarum. Nec hoc
miror. non enim in rebus est vitium sed in animo. sepius enim opinione quare re labo
ramus: ergo infortunium Boetij non erat imputandum rebus quia non erat: sed im
putandum fuit sue false opinioni. Nota quod philosophia ostendit presentem felicitas
tem in tribus consistere: scilicet in amicis: in vxore pudica: et filiorum suorum prudentia.
Primo enim ad felicitatem requiruntur amici. Nam amicus est preciosissimum ge
nus diuitiarum: ex octaua prosa huius secundi. et Aristoteles nono ethicorum. Nemo
eligit viuere sine amicis habens reliqua bona. et secundum Tullium in li. de amicitia.

Segnis a se propositione et ignis compo h' h' h' segnis et
h' segne pign' q' sine igne interno uteris frigidus
omnino tunc ad h' h' h' ut no' segnes effinamur

Prosa Quarta

12
nit q̄ aliquis contēnere oīa potest: sed omnia habere nemo potest. Et elicitur vna ratio ex littera. Illi conditio humanorum bonorum non tota prouenit cui suus status in aliquo displicet: sed nullus inuenitur tam felix cui status suus non displiceat in aliquo sicut declarat in littera: ergo et cetera. Item sanguis seruilis conditionis dicitur degener: quia homines naturaliter liberi sunt: sed per seruitutē degenerant a natura.

heredi. Alius prole letatus filii filie ve delictis mestus illachrymat. Idcirco nemo facile cum fortune sue conditione concordat. Inest enim singulis quod in expertus ignoret: expertus exhorreat. Adde q̄ felicissimi cuiusq̄ delicatissimus sensus est: et nisi ad nutum cuncta suppetant: omnis aduersitatis insolēs minimis quibusq̄ prosternitur adeo perexigua sunt: que fortunatissimis summam beatitudinis detrahunt. Quam multos esse coniectas

ra. No. vita casta dicitur vi
ta celebs quasi celestis: q̄
i carne viuere p̄ter carnes
est vita celestis et angelica.
Nota secunduz huius
guitionem illachrymari ē
intus lachrymari vel eius
dolore lachrymari: et ē de
ponentis generis: licet se
cundum antiquos inue
niatur neutri generis: et
sic ponit Boetius hic in
neuro genere mestus illa
chrymat. Adde q̄ felicis
simi cuiusq̄. Dic oñdit
philosophia q̄ homo ma
gis felix leniori aduersita
te prosternitur: cum hoc
comparando Boetiū ad

alios. et dicit. Adde predictis q̄ sensus cuiuslibet hominis felicissimi id est fortunatissimi: est delicatissimus id est impatientissimus nisi ad nutum suum cuncta suppetant id est abundans: ipse erit insolens id est impatiens omnis aduersitatis: et prosternitur a sua felicitate quibusq̄ minimis aduersitatibus: adeo perexigua sunt id est valde exigua: que fortunatissimis detrahunt id est auferunt: summam id est perfectionem beatitudinis. Et Boeti q̄ multos esse coniectas id est opinaris: qui sese arbitrentur proximos esse celo id est deo: si eis contingat minima pars de reliquijs id est de particulis tue fortune. Dic locus quem tu vocas exilium est patria incolentibus id est habitantibus: et ita eorum iudicio spectat ad felicitatem vniuersaliter: ergo de rebus fortuitis concludit: adeo nihil est miserum: nisi cum tu putes id est nisi ex reputatione animi tui estimes: q̄ pro et contra id est per contrarium: omnis fors est beata equanimitate id est patientia animi tollerantis. Quis est ille tam felix qui cum dederit manus impatientie id est cum fuerit factus impatiens quin ipse non optet mutare statum suum: quasi diceret nullus est tam felix.

Nota q̄ forsan aliquis diceret nulli homini placet status suus si deest sibi magnus fortunium: sed defectus modici boni non impedit complacentiam status quin homo totaliter sit felix. Hoc excludit philosophia dicens. Quanto aliquis est felicior: tanto est delicatior: et quanto est delicatior: tanto magis grauatur ex defectu modici boni: et sic felicissimis detrahatur complementum beatitudinis.

Notandū q̄ vna et eadez res est quam vnus iudicat spectare ad miseriam: alius iudicat spectare ad felicitatem, ergo dicit philosophia. Locus quem tu exilium vocas incolentibus est patria. Notandum est q̄ quantumcumq̄ sit homo abundans res

Liber secundus

Dus fortunatis: si aliquid displicet sibi in statu suo: ipse optat statum suum mutare: contra mendando statum alterius. unde miles emeritus laudat statum mercatoris: contra mercator expertus pericula marina laudat militiam. Similiter legisperiti laudant agricolam: et agricola urbanos. Similiter exemplum patet in Boetio de scholarum disciplina de filio inconstantie: qui habens displicentiam viuis status: semper alium et alium assumpsit. Nota quod dicit nihil est miserum nisi si cum putes. unde dicit Seneca nona epistola. Miser est qui se beatum non iudicat. licet mundo impetret: non est beatus qui se beatum non esse putat.

Quam multis amaritudinibus? Hic philosophia ostendit fortunam felicitatem esse amarum et miseram dicens. Quam multis amaritudinibus dulcedo humane felicitatis est resperfa id est peremixta: que etiam si videatur iocunda homini fruente: tamen non potest retineri: quomodo prout homo habet eam: cui velit id est non potest retineri ad voluntatem hominis: et liquet id est manifestum est quod miseram beatitudo rerum mortalium: que nec perpetua perdurat apud equanimos id est apud constantes vel patientes: nec ipsa tota id est simul delectat: anxios id est miseros. Nota quod felicitas et dulcedo humana non est sine amaritudine: quia dicit beatus Bernardus. Nunquam in honore sine labore: nunquam in prelatione sine tribulatione: nunquam in sublimitate sine vanitate quis esse potest. Item Alanus in antiochiano dicit. Sed nihil inuenio quod in omni parte beate vivat: qui multas nobis deferre querelas possit: si nostras velit accusare minervam.

qui sese celo proximis arbitrentur: si de fortune tue reliquis pars eis minima contingat. Hic ipse locus quem tu exilium vocas incolentibus patria est. Adeo nihil est miserum nisi cum putes. Contraque beata fors onus est equanimitate tollerantis. Quis est ille tam felix qui cum dederit impatientie manus: statum suum mutare non optet. Quam multis amaritudinibus humane felicitatis dulcedo resperfa est: que si etiam fruente esse iocunda videatur: tamen quomodo cum velit habeat: retineri non possit. Liquet igitur quod sit mortalium rerum misera beatitudo: que nec apud equanimos perpetua perdurat: nec anxios tota delectat. Quid igitur o mortales extra petitis intra vos positam felicitatem: error vos insciciaque confundit. Ostendat tibi

Quid igitur o mortales. Hic philosophia inuebitur contra homines: et dicit sic. O mortales quare petitis id est queritis: extra id est in rebus exterioribus felicitatem positam intra vos: error et inscicia id est ignorantia confundit vos: ostendat tibi breuiter cardinem id est radicem summe felicitatis. est ne aliquid tibi preciosius teipso. nihil inques. Si igitur fueris compos tui per tranquillitatem animi: tu possidebis quod nunquam amittere velis: scilicet delectationem in operatione perfecte virtutis: nec fortuna

Early European Books, Copyright © 2017 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Bibliothèque Nationale de France, Paris

Prosa quarta

Qui amicitiam tollit de mundo: solem tollere videtur. 7 Seneca in de remedijs fortunorum. Nihil est peius q̄ amicos non habere. si amicum perdidisti alium quere: 7 ibi euz queras vbi inuenias. quere inter aries liberales: inter recta 7 honesta officia: quere in laboribus: ad mensam ista res non queritur. Secundo requiritur ad felicitate politicam vroz: pudica que vera est. vnde Seneca in de remedijs fortunorum. Multe inter probas matrimonias

Cum igitur precipua sit mortalibus vite cura retinende: **Q**te si tua bona cognoscas felicem: cui suppetunt etiaz nunc que vita nemo dubitat esse cariora. quare sicca iam lachrymas: nondum est ad vnum omnis exosa fortuna. Nec tibi nuniuz valida tempestas incubuit: quoniam tenaces herent anchora: que nec presentis solamen: nec futuri spem temporis abesse patiantur. Boetius. Et hereant inq̄ precor: illis namqz manetibus vtcunqz se res habeant humane enatabimus. sed quantuz decus ornamentis nostris decesserit: vides. **Philosophia.** Et illa pmouimus inquit aliquantulum: si te nonduz totius tue sortis piget. Sed delicias tuas ferre non possum: qui abesse aliquid tue beatitudi taluctuosus atqz anxius coqueraris.

lis ordinis ceperit esse ex epla meretricular. q̄ multas ex iugib' opus pessimas vident: ex diligentissimis dissolutissimas: ex liberalissis rapacissimas. et si bona vroz huius in potes affirmare ea ee pmasura i illo pposito. nihil ta mobile: nihil ta vagu: q̄ feiaru voluntas. Et no requit ad felicitate politica ples: qz fm Aristo. i. cibicor. No oino felix est q̄ spe turpis est: aut solitari: aut prole carens. No. sz Dugu. specimen e pulchritudo vl similitudo vl signu vl ymagovl noticia vel experimentuz vel bonum opis documētum: sed in pposito accipitur p similitudine. Itē fm eundē auitus ta. tu. i. ab auo habitus vl possessus vel ad ipm ptinens: 7 ponit q̄qz p antiquo.

Cum igitur precipua sit mortalibus. Dic philosophia ex dictis consolatur Boetiu dicens. Et quo hominibus est precipua cura id est maxima cura: retinende vite id est saluande vite sit mortalibus: o te felicem si cognoscas tua bona: cui etiam nunc suppetunt id est abundant talia bona: quia nemo dubitat esse cariora ipsa vita: quare iam sicca lachrymas 7 noli flere. nondum enim omnis fortuna est tibi exosa id est aduersa: ad vnum id est omnino: nec tibi incubuit id est instet tēpestas aduersitatis nuniuz valida: qm tenaces anchora. i. amici inseparabiles: herent. i. firmiter manent: que sez anchora non patiuntur tibi abesse solamen presentis temporis: nec spem futuri temporis. 7 dicit Boe. precor vt hereat. i. maneat ille anchora: qz ipsis manentibus: vtcunqz. i. qualitercunqz res se habeant: nos enatabimus euadendo aduersitate fortune. sed o phia tu vides q̄tum decus nostri ornamentis. i. bonoz exterioroz quibus ornabamur decesserit. subiugu phia Nos pmouim' aliquantulum animu tuu ad consolatione: si nondū piget te totius tue sortis: qz maior pars salua tibi manet: sed no possum ferre tuas delicias: qui tam luctuosus. i. plenus luctu: atqz anxius coqueraris aliqd abesse tue beatitudinis. i. tue felicitatis
f iij

Liber secundus

No. ¶ sicut mors est omnium amarissima: quia omnia abscindit: omnia deuorat: & quia aliqui iudicant se non timere mortem: et tamen secundum Senecam in de re & medijs fortuitorum sic. Vita est omnium dulcissima. Omnia enim appetunt esse uiuere: ideo unumquodque naturaliter nititur ad saluandum uitam: quia nihil est carius. si ergo Boe. possedit bona que cariora sunt uitam: non debuit se estimare miserum: sed magis felicem. Nota quod philosophia amicos appellat anchoras. sicut enim tempestate incumbente per anchoram nauis retinetur: & a periclitatione saluatur: sic imminente aduersitate fortune homo fidelibus amicis ne succumbat infortunio subleuat. fideles enim amici retinent hominem impetu fortune agitaturne totaliter deiciat a sua stabilitate. Nota secundum Duguitonem suscipere est subministrare: vel superabundare: sed pigere est pigere esse vel pernitere vel grauari vel offendere. Quis est enim tam composite felicitatis. Dic philosophia probat felicitatem nulli posse totaliter euenire. Secundo ostendit quod quanto aliquis est felicitior: tanto leuiori aduersitate prostermitur. tertio concludit ex his felicitatem fortuitam amaram esse & miseram. quarto inuehitur contra homines. secunda ibi. Adde quod felicissimi. tertia ibi. quod multis. quarta ibi. quid igitur o mortales. Primo dicit quis est homo tam composite felicitatis id est tam copiose felix ut non rixaretur id est discordaret ex aliqua parte cum qualitate id est cum dispositione: sui status id est sue fortune: quasi diceret nullus est ita felix: quia conditio id est status humanorum bonorum est anxiosa res id est misera res: que nunquam homini tota proueniat: vel nunquam perpetua subsistat. Tunc declarat quod non tota proueniat homini: quia huic id est alicui homini exuberat census id est abundat pecunia: sed aliud sibi deficit: quia degener sanguis id est ignobilitas est sibi pudori: hunc id est alium hominem nobilitas facit notum: sed ipse inclusus angustia rei familiaris id est paupertatis: mallet id est magis vellet esse ignotus: ille id est alter homo circumfluus id est circumdatus utroque id est tam diuitijs quam nobilitate: ipse deflet celibem uitam id est castam uitam: quia non potest forsam ducere uxorem. Ille id est alter felix nuptijs scilicet habendo uxorem: orbis id est carens: liberis id est pueris: ipse nutrit id est congregat censum alieno heredi. Alius autem letatus prole ipse mestus illachrymat id est ingemescit: delictis id est pro criminebus filij vel filie sue. Adcirco nemo facile concordat cum conditione sue fortune. inest enim singulis supple hominibus aliquid quod ipse inexpectus ignoret: vel expectus ipsum exhorreat: et sic rixatur cum qualitate sui status. Nota quod non est homo tam felix quin inueniat aliquam conditionem in se quam vellet non habere: propter quod misera est conditio humanorum bonorum: quia nunquam homini tota prouenit

Prosa quarta

na poterit tibi auferre. Nota q̄ duplex est beatitudo: perfecta et imperfecta. Perfecta beatitudo habetur post hanc vitam: et est vita eterna: de qua loquitur beatus Johannes dicens. Nec est vita eterna ut cognoscant te solum verum deum: et quem misisti Jesum christum. Alia est beatitudo imperfecta que potest esse in presenti vita: quam philosophi posuerunt consistere in operatione optime virtutis. unde radix talis est

breviter summe cardinem felicitatis. Est ne aliquid tibi teipso preciosius: nihil in quies. Igitur si tui compos fueris: possidebis quod nec tu amittere unquam velis: nec fortuna possit auferri. Atque ut agnoscas in his fortuitis rebus beatitudinem constare non posse: sic collige. Si beatitudo est summum nature bonum ratione degentis: nec illud est summum bonum quod eripi villo modo potest: quoniam precellit id quod nequeat auferri. manifestum est quod ad beatitudinem percipiendam fortune instabilitas aspirare non possit.

tranquillitas animi ex moderatione et sedatione passionum per habitum virtutis. per talem autem tranquillitatem homo efficitur sui compos ut non subiiciatur passionibus. Ista autem tranquillitas non est querenda in rebus exterioribus: sed solum habet esse in animo hominis: de qua beatitudine et tranquillitate hic loquitur philosophia dicens. quod igitur o mortales et cetera. et Seneca loquens de eadem felicitate. ix. epistola dicit. Summum bonum extrinsecus instrumenta non querit: domi colitur: et se totum est: incipit fortune

esse subiectum si quam partem sui foris querit. Item Seneca vicesimatertia epistola dicit. Felicitatis auiditas tuta est: que si aut unde proveniat queris: ex bona conscientia: ex honestis consiliis: ex rectis actionibus: ex contemptu fortuitorum. et tricesima prima epistola dicit. Illud bonum est querendum quod non fiat in dies deterius. quid est hoc. animus: sed hic rectus: bonus: magnus. quid aliud voces hunc animus quam deum in corpore humano hospitatum. et quadragesima prima epistola dicit. Laus da bonum in homine quod eripi non potest: quod est proprium hominis. queris quid sit illud. animus et ratio perfecta. rationale namque animal est homo.

Atque ut agnoscas in his. Hic philosophia probat veram felicitatem non posse consistere in rebus fortuitis tribus rationibus. secundam ponit ibi. Ad hec. Tertiam ibi. et quoniam. prima ratio talis est. In illo non consistit felicitas hominis quod potest auferri ab homine: sed bona fortuita sunt huiusmodi: ergo et cetera. Maior est nota: quia summum bonum est proprium hominis: bonum autem quod auferri potest non est summum bonum: quia illud quod auferri non potest. melius est eo quod auferri potest. Minor patet. bona fortuita possunt auferri cum sint mutabilia. unde dicit in littera. Ut agnoscas beatitudinem non posse constare in rebus fortuitis: sic collige per tales rationes. Si beatitudo est summum bonum nature degentis: ratione id est nature rationalis: nec illud est summum bonum nature degentis ratione id est nature rationalis: nec illud est summum bonum quod villo modo potest eripi. i. auferri: quia illud bonum quod nequeat id est non potest auferri

Liber secundus

hoc precellit id est melius est et dignius eo quod potest auferri. ex quo manifestum est quod instabilitas fortune non possit aspirare id est accedere ad beatitudinem accipiendam. Nota quod beatitudo est summum bonum: quia in tertio huius secunda prosa dicitur quod beatitudo est status perfectus aggregatione omnium bonorum. et beatitudo est summus boni nature degētis. i. uiuentis: rōe. i. nature rōalis sicut hominis: quod hominū genus uiuit arte et rōne: ex pbemio methaphisice. Nullum enim aliorum animalium est felix. ex. x. ethicorum. Bruta eiz animantia nemo felicabit: primo ethicorum: et ralis beatitudo non consistit in bonis exterioribus sed in actu sapientie: quia dicit Aristo. in libro politicorum. Testis mihi est deus quod in bonis exterioribus non consistit summum bonum: et idem in eisdem. Nos sumus felices et dii: dii autem nō sunt felices bonis exterioribus: ergo nec homines. Nota licet in bonis exterioribus fortuitis non consistat felicitas formaliter et essentialiter: tamen felicitas consistit in eis organice: quia deseruiunt ad felicitatem veram. sine enim rebus exterioribus quarum fortuna domina est non contingit esse felicem: supple organice: ex libro de bona fortuna: et ex decimo ethicorum. Opus est exteriori prosperitate omni enti. Natura enim per se non est sufficiens ad speculandum: sed oportet cibum potum et reliquum famulatum preexistere. Ad hec quem caduca ista felicitas uehit. Dic philosophia ponit secundam rationem que talis est. Ille qui felix est fortuita felicitate aut scit eam mutabilem esse aut nescit: si nescit est ignorans et per consequens est infelix: si scit eam mutabilem esse necesse est quod timeat ne eam amittat. cui autem inest continuus timor felix esse non potest. Unde dicit in littera sic. Ad hec scilicet predicta addam aliam rationem: homo quem uehit id est ducit: ista caduca id est fortuita felicitas vel scit eam esse mutabilem vel nescit: si nescit: quenam fors beata id est que felicitas beata potest esse cecitati ignorantie: quasi diceret nulla: si scit eam esse mutabilem: necesse est ut timeat ne amittat illud quod non dubitat posse amitti: quare continuus timor non sinat ipsum esse felicem. Et forsitan dices: homo non timet amissionem fortune: quia non curat utrum eam amittat vel non. hoc excludēs philosophia dicit. si amiserit bonum fortuitum et putat illud negligendum id est non curandum: tunc illud bonum erit valde exile quod amissum feratur equo animo id est equali animo sicut conseruatum: et per consequens illud non est summum bonum.

Nō. ex tertio huius prosa. lx. va et perfecta felicitas facit homines potentē: reuerēdū: celebrē et letuz: ergo vera felicitas excludit timorem: et per consequens continuus timor qui

Adhuc ad predicta addam aliam rationem illam que caduca et fortuita felicitas uehit ducit

Prosa Quinta

exclut leticiam non sinit esse felices. vnde Sene. ix. epistola. Ille beatissimus est & securus sui possessor qui crastinum diem sine solitudine expectat. Item nota ex quo felicitas consistit in speculatione dei & substantiarum separatarum: ipsa excludit cecitate ignorantie: in qua ignorantia felicitas esse non potest. Et quomodo tu idem es. Dicitur perbia ponit tertiam rationem que talis est. Si beatitudo consisteret in rebus fortuitis

Sumque clarum sit fortuitam felicitatem corporis morte finiri: dubitari nequit si hec auferre beatitudinem potest quin omne mortalium genus in miseriam mortis sine labatur. Quod si multos scimus non morte solum verumetiam doloribus supplicisque beatitudinis fructum quesisse: quoniam modo presens vita facere beatos potest: que miseros transacta non efficit.

Adetrum quartum libri secundi.

fortuitam felicitatem finiri id est terminari morte corporum supple hominis: nequit id est non potest dubitari si hec fortuita felicitas potest auferre id est dare beatitudinem: quin omne genus mortalium id est hominum labatur in miseriam in fine mortis. Sed si scimus multos scilicet sanctos quesisse fructum beatitudinis non solum morte: verumetiam doloribus & suppliciis: quoniam modo id est per quem modum presens vita supple bonis fortuitis ornata potest facere beatos: que vita transacta id est terminata non efficit miseros: quasi diceret nullo modo. Nota cuius presentia est causa felicitatis: eius absentia est causa miserie & infelicitatis: & hoc clarissime poterit apparere ex isto simili. sicut enim naua per sui presentiam est causa felicitatis nauis: sic eius absentia est causa periclitationis eius: ex secundo philosophorum. si ergo bona fortuita per sui presentiam essent causa beatitudinis: per sui absentiam essent causa miserie. Cum autem in morte hominis bona fortuita relinquunt hominem fugiendo & homo relinquat ea moriendo: omnis homo post mortem esset miser & infelix quod falsum est. nam multi post mortem consequuntur beatitudinem. & quia forsam aliquis diceret mortuo homine moritur & anima eius: & sic homo post mortem nullam consequetur beatitudinem: hoc excludens philosophia dicit ad Boetium. Tu es idem ille cui persuasum est multis demonstrationibus animas hominum esse immortales. Nota quod omnes leges in hoc conueniunt quod anima intellectiua hominis sit immortalis. separatur enim ab alijs sicut perpetuum a corruptibili: ex secundo de anima. & hoc est rationabile: quia anima intellectiua cum sit immaterialis non est educta de potentia materie: sed ab extra scilicet a deo. ipsa enim secundum beatum Augustinum creata infunditur & infundendo creatur. propter quod cum abscissio materie sit causa perpetuitatis perimentatorum primo celi & mundi. anima intellectiua immaterialis existens ipsa est immortalis

cum bona fortuita finiuntur morte hominis: sequitur quod omnis homo in morte fieret miser quod non est verum: quia multi per mortem consecuti sunt felicitates: sicut martyres & alij sancti qui perpassi sunt maxima tormenta ut consequerentur beatitudinem in anima. dicit ergo sic in littera. Quoniam tu idem es supple homo cui ego scio esse persuasum per multis id est valde multis demonstrationibus: mentes id est animas hominum nullo modo esse mortales: & cum sit clarum id est manifestum

Liber secundus

Metrum quartum libri secundi.

Quisquis volet perhennem. Dic incipit quartum metrum bulus secundi quod dicitur metrum anacreomicum ab inuentore: iambicum a pede predominante dimetrum a numero pedum: cathaleticum: quia deest vna syllaba ad complemetum metri. huic metro adiungit metrum feregratium sic dictum ab inuatore de quo supra dictum est. In hoc metro philosophia commendat vitam medietatem per tales metaphoras. Edificium constructum in loco nimis alto videtur tempestatibus ventorum: et fundatum in loco arenoso defluit: et fundatum in loco humili et saroso vtriusque vitat incommensuratum: sic vita presens nimium eleuata prosperitate vel nimium depressa aduersitate frequenter euenit inopiato calamitatibus defluit: mediocris autem secura permanet. dicit ergo in littera. Quisquis homo cautus volet ponere sedem: perhennem id est firmam mansionem: et ipse stabilis existens: nec velit sterni id est deici sonoris flatibus curis illius venti: et quisquis curat spernere potentibus minantem fluctibus id est mare fluctuans: ille vitet cacumen id est summitatem alti montis: et vitet arenas bibulas. id est siccas. Tunc assignat causas quare debeat vitari in edificando cacumen alti montis: quia illud scilicet cacumen alti montis videtur. id est infestat: auster perpetuus. id est vetus perpetuus. tunc assignat causas quare debeat vitari arene: quia he. id est arene solute. id est dissiuete per siccitatem recusant ferre. id est nolunt portare: pedulum pedus. id est labile pedus. Tu ergo fugies periculosa sorte. id est euentu: amene sedis. id est amene mansionis et certis: memento figere. id est stabilire domum tuam in humili saxo. id est depresso lapide: quis vetus miscens equora. id est voluens maria: tonet. id est scuiat: ruinis. id est flatibus ruinosis: tu felix conditus robore. id est firmitate: quieti valli. id est munitio: et tu serenus. id est tranquillus: duces. id est ages: eum. id est vitam tuam: ridet. id est deridet et per nihil habes: iras. id est persecuciones: etheris. id est aure vel veteri seueris. Nota quod omnis virtus superfluitate corrumpitur: cum virtus consistat in medio. Est eius virtus electius virtus immediate consistens recta ratione deterioratus: ideo omnis superfluitas tanquam viciosa vitanda est. Per hoc docet vitare superfluam prosperitatem quam designat per cacumen alti montis quam prosperitas plerumque impugnat inuidia et potentia magnatum quam per veterem impetum letitiam designat. Docet et vitare nimiam paupertatem quam designat bibula arena quam paupertas recusat ferre. id est indigentiam necessarium quam per pedulum designat. id est indigentia eius grauat boies

Quisquis volet perhennem
Cautus ponere sedem
Stabilisq; nec sonoris
Sterni flatibus euri
Et fluctibus minantem
Curat spernere potentum
Montis cacumen alti
Bibulas vitet arenas
Illud proteruus auster
Lotis viribus videtur
Impendulum solute
Pondus ferre recusant
Fugiens periculosa
Sortem sedis amene
Humili domum memento
Certus figere saxo

ad modum penduli ponderis. Nota securitas secundū Tullium in rhetorica sua ē virtus incommoditates imminentes et inchoate rei affines non formidās: que securitas maxime appetenda est, ppter qd pbia docet appetere vitā mediocrē q̄ reddit boiem securū secundū illud poeticū. Medio tutissimus ibis. et Catbo. Tura mage pupis ē que modico flumine fertur. Quā vitaz mediocrē designat per humile saxū i quo edī

Quāvis tōet ruinis
 Discens equora ventus
 Tu cōditus quietum
 Duces serenus eū felix roboze valli
 Ridens etheris iras.

Prosa quinta libri secundi.

Sed quoniam rationum iam in te mearū fomenta descendunt: paulo validioribus vtēduz puto. Age enim si iam caduca et momentanea fortune dona non essent. Quid in eis est quod aut vestrum vnquam fieri queat: aut non perspectum consideratumqz vilescat.

Ille est: et ratione tristitie stupefacit et corrumpit naturam.
 Prosa quinta secundi libri.

Sed quoniam rationum iam in te. Hic incipit quinta prosa huius secundi in qua philosophia ponit remedia magis mouentia Boe. ad ostendendū qd bona fortune sunt contemnenda: et minus esse dolendum de amissione eorum. Ista autem remedia sunt rationes sumpte ex conditionibus particularium bonorū fortune scilicet diuitiarum: honorum: potestatum et glorie. Et primo ostendit hoc de diuitijs qd non sunt magnopere appetende ponendo vnā rationem generalez respicientem omnia bona fortune. Secundo ponit rationes de diuitijs. ibi. diuitie. Primo itendit talem rationem. Nullus magnopere debet illud appetere quod non potest esse suum: et quod in se consideratum est vile: sed omnia bona fortuita sunt huiusmodi que sunt mutabilia: ideo non possunt esse propria hominis: et in se cōsiderata vilescunt ergo et c. vnde dicit in littera. quoniam fomenta id est medicamenta mearum rationum in te descendunt: quia ego video te paulatim fortunam contemnere puto esse vtendum paulo validioribus rationibus id est magis mouētibus. age est aduerbiū hortandi. si enim bona fortune non essent caduca id est casualia: et momentanea id est transitoria ad modum momenti: quid est in eis quod vnquam queat fieri vestrum: aut perspectum et in se consideratum non vilescat: quasi diceret nihil. Nota qd bona fortune sunt caduca et transitoria: quia dicit Seneca septuagesimasexta epistola. Omnia bona fortune nobis accidunt: sed non adherent: et si abdicant sine vlla nostri

ficiū iperu venti nō deijci tur: nec inundationib' tāq̄ bibula arena dissoluitur. Nota qd duplex est paupertas voluntaria et leta: alia inuoluntaria et tristis. prima paupertas est appetenda. secunda fugienda. De prima loquitur Seneca secūda epistola. Donesita res est leta paupertas. paupertas enim expedita secuta est. Et. xvij. epistola. O lucille icipe cū paupertate habere cōmerciū aude contemnere opes. nemo alias ē deo dignus q̄ qui opes contempsetit. Secunda paupertas scilicet inuoluntaria et tristis fugienda est: quia morta

Liber secundus

lachrymatione discedunt. ex quo patet si mutabilia sunt: quod non sunt propria bona hominibus: quia secundum eundem Senecam. Nihil proprium dicas quod mutari potest.

Nota quod bona fortuita in se considerata vilescunt: quia dicit Job. chryso. Bona fortune in seipsis veterascunt et consumuntur: aut ab extraneis dolo vel violentia vel calumnia diripiuntur.

Diuitie ne vel vestri vel sui natura. Dic philosophia ponit rationes de diuitijs in speciali quod non sunt magnope appetende. Secundo probat hoc generaliter de diuitijs. ibi. quid autem. Prima diuiditur in quinque partes secundum quod sunt quinque genera diuitiarum que probat non multum esse appetenda: scilicet pecunia: gemme: possessiones: vestes et famuli. primo ostendit propositum de pecunia. secundo de gemmis. ibi an gemmarum. tertio de possessionibus ibi. an vos. quarto de vestibus ibi. Jam vero. quinto de famulis ibi. an vero. Primo duas rationibus probat diuitias non multum esse appetendas. secunda ibi. ac eadem. Prima ratio talis est. Illa non sunt multum appetenda que nec ex sui natura nec ex natura vteris sunt preciosa. diuitie sunt butusmodi: ergo et cetera. maior nota: quia nihil appetitur nisi bonum et preciosum. minor declaratur. diuitie non sunt bone ex sui natura: quia non faciunt bonum eum cui aduentunt. nec sunt bone ex parte vteris: quia non in quantum conseruantur sic enim faciunt hominem auarum: nec in quantum distribuuntur: quia sic relinquunt hominem. dicit enim in littera. Diuitie vel sunt preciose sui natura vel natura vestri vterium eis. et quid earum est: potius id est preciosus: an aurum: an vis congeste pecunie id est congregate: atqui pro certe hec scilicet diuitie non sunt preciose conseruando eas: quia melius nitent effundendo id est distribuendo eas quam coaceruando id est retinendo eas. siquidem auaricia que pecuniam coaceruat semper facit homines odiosos: et largitas que pecuniam effundit facit claros id est bonos. subdit. et si illud quod transfertur in alterum non potest manere apud quem: tunc est preciosa pecunia loquendo ironice: cum ipsa vsu largiendi translata in alios desinit possideri.

Notandum quod aliquid est bonum dupliciter vel ex natura sui vel ex natura vteris. Et illud dicitur bonum ex natura sui quod a se vel in se habet unde sit bonum: et cuiusque aduenit facit ipsum bonum: sicut ratio recta pax et similia. Sed illud dicitur bonum ex parte vteris quo si aliquis conuenienter vtratur aliquid boni inde prouenit. Unde nota secundum beatum Bernardum. Solus error hominum facit quod aurum et argentum reputantur preciosa: cum non sint nisi terra rubea et alba. Nota quod Seneca octuagesimo octaua epistola probans diuitias non esse bonas sic arguit. Quod bonum est bonos facit: diuitie non faciunt bonos: ergo diuitie bone non sunt. Item illud quod potest contingere contemptissimo et turpissimo bonum non est: diuitie autem et lenoni et lamiste contingunt contemptissimo et turpissimo: ergo bone non sunt. Item bonum ex malo non fit: diuitie autem sunt ex auaricia que mala est: ergo

Prosa quinta

bone non sunt. At eadem si apud unū. Hic ponit secundam rationem que talis est. Illa non sunt multum appetenda que a pluribus non possunt possideri et non transeunt ad alium sine paupertate aliorum. diuitie sunt huiusmodi: ergo et. unde dicit in littera. Si eadem pecunia quæta est ubique gentium id est apud gentes: si illa congeratur apud unum hominem: ipsa facit ceteros homines inopes sui id est carētes: et una

At eadem si apud unū quæta ubique gentium congeratur: ceteros sui inopes fecerit. Et vox quidem tota pariter multorum replet auditum. Vestre vero diuitie nisi comminute in plures transire non possunt. Quod cum factum est: pauperes necesse est ut faciant quos relinquunt. D igitur angustas inopesque diuitias quas nec habere totas pluribus licet: et ad quemlibet sine ceterorum paupertate non veniunt.

An gemmarum fulgor oculos trahit. Sed siquid est in hoc splendore precipui: gemmarum est lux illa non hominum. Quas quidem mirari homines vehementer admiror. Quid est enim carens anime motu atque membrorum compage quod aiate rationabilique nature pulchrum esse iure videatur

vox pariter: tota id est si multum replet auditum multorum. diuitie autem non possunt transire in plures: nisi comminute id est diuise in partes. quod cum factum est scilicet quod comminute transeunt in alios: necesse est ut supple illos faciant pauperes quos relinquunt. Et tunc exclamat contra diuitias dicens. D igitur supple dico diuitias esse angustas id est artas et inopes: quas non licet pluribus habere totas: et quæ non veniunt ad quemlibet sine paupertate ceterorum id est aliorum hominum.

Nota quod diuitie non veniunt ad quemlibet sine aliorum paupertate: quia dicit Seneca in de remediis. Pecuniam perdidisti: quam ut haberes alius ante te perdidit. perdidisti pecuniam: habes uno periculo minus

quo te felicem: si cum illa auaricia perdidisti: et idem. lxxviii. epistola dicit. Diuitie aios inflant: superbia parunt: inuidia turbant: mentem alienant: timores inducunt: insolentiam faciunt. nihil autem aliud insolentia est quam spes false magnitudinis: ergo diuitie bone non sunt. An gemmarum fulgor oculos trahit. Hic ostendit philosophia quod gemme non sunt appetende tanquam proprium bonum hominis intendens talem rationem. Quicquid bonitatis vel preciositatis est in gemmis hoc consistit in luce et splendore gemmarum: sed lux gemmarum non est proprium bonum hominis: sed est bonum ipsarum gemmarum: ergo et cetera. unde dicit in littera. An fulgor gemmarum trahit oculos hominum supple ad concupiscendum eas tanquam proprium bonum: sed siquid est precipui id est preciositatis in hoc splendore: illa lux est gemmarum et non hominum: quia quidem gemmas vehementer admiror homines mirari id est mirando desiderare tanquam bonum suum. quid est enim carens motu anime: atque compage id est coniunctione membrorum: quasi diceret reperitur in rebus inanimatis quod iure videatur id est videri debeat esse pulchrum rei animate et rationabili nature: quasi diceret nihil: que gemme tamen per quos: trahant id est recipiant aliquid postreme



Postremo qd qd postremo postremo
Postremo qd qd postremo postremo
Suo bus de by postremo postremo
Vel postremo in postremo
minis / Anus

Liber Secundus

pulchritudinis opera id est diligentia conditoris: q̄ pro et: sui distinctione id est spect
fica formatione: tamen ipse collocare infra vestram excellentiam id est dignitatē: nul
lo modo merebantur vestram admirationem. Nota q̄ non est gloriandum de gem
mis tanq̄ de proprio bono: quia dicit Sene. xli. epistola. Nemo gloriari debet nisi de
suo. quid enim est stultius in homine q̄ aliena laudare. quid est eo dementius qui ea

mirantur que ad aliū trāf
ferri potius possunt. nō
faciunt equum meliorem
aurei freni. Nota q̄ qua
druplex est pulchritudo.
prima est animalū ratio
natum. secunda est bruto
rum sensibiliū. tertia plā
tarum vegetabiliū. quar
ta ē rerū inanimatarū: in
quo genere gemme collo
cātur. propter quod dicit
Philosophia. Si gem
me trahunt aliquid pos
treme pulchritudinis.

An vos agoꝝ pulchritu
do. Dic probat philosop
hia idem de possessioni
bus sicut de agris: et intē
dit hanc sententiam. Bo
nitas agrorum vel consis
tit in pulchritudine eorū
que delectant aspectum: et

talīs pulchritudo non magis est ipsius hominis q̄ pulchritudo florum vel stellarū q̄
etiam delectant aspectum hominis: et tamen nihil ad hominem pulchritudo istorum
vel bonitas agrorum confert in utilitate eorum que est ad sustentationē hominis: sed
hec possessio agrorum non est multum appetenda: vt sit ampla: quia natura paucis
est contenta. Unde dicit in littera. An pulchritudo agrorum delectat vos: vt gaudea
tis de ea tanq̄ de bono vestro. Et dicit Boetius quid ni id est quare non delectaret.
est enim pulchra portio operis pulcherrimi scilicet mundi: sic nos gaudemus facie id
est: aspectu maris sereni id est tranquilli: sic id est eadem ratione miramur celus: syde
ra: solem et lunam. Respondet philosophia. Num id est nunquid aliqd horū attingit
te tanq̄ proprium: quasi diceret non. Num. i. nunqd audes gloriari splendore alienus
talium tanq̄ tuo: q. d. nō. An. i. nunquid tu: distingueris. i. ornaris vernis florib? cer
te non. nūquid tua vbertas. i. fertilitas: intumescit id est supbit: iestiuos fructus id ē
per estiuos fructus: quasi dicat non. quid raperis. i. circūdaris iam bus gaudijs sup
ple reputando ista esse tua bona: quid amplexaris externa bōa pro tuis: q. d. frustra
hoc facis: quia fortuna nunquā faciet esse tua que natura rerum a te fecit esse aliena.
Tunc dicit pbia non nego quin ista possunt tibi esse vtilia. fructus enim terrarum p̄
culdubio debentur alimentis aiantium. i. ai alibus pro alimētis: sed si velis replere in
digentiam nature: quod satis est id est ad sufficientiā: nihil est. i. non oportet q̄ petas
i. desideres affluētiā fortune supple ad dilatandū et āpiādū agros. natā. n. paucis

Que tametsi conditoris opera sui q̄ dis
tinctione postreme aliquid pulchritudis
nis trahunt: infra vestram tamē excellen
tiam collocare admiratōem vestram nul
lo modo merebantur. An vos agrorum
pulchritudo delectat. Boeti. Quid ni.
Est enim pulcherrimi operis pulchra por
tio. Si quondam sereni maris facie gau
demus: sic celum: sydera: solem: lunamq̄
miramur. Philosophia. Num te horum
aliquid attingit. Non audes alicuius tali
um splendore gloriari. An vernis flori
bus ipse distingueris: aut tua inestiuos
fructus intumescit vbertas.

Prosa quinta

contenta est: cuius facietatem si velis vrgere id est cogere superfluis cibis et potibus illud quod infuderis ventri superfluum fiet: aut iocundum id est triste: aut fiet noxium id est periculosum. Nota quod ex littera potest formari talis ratio. Si illud quod magis videtur inesse non inest: nec illud quod minus sed magis videtur quod homo debet gloriari de pulchritudine celi et stellarum et non debet: quia nihil horum est suum: ergo minus debet gloriari de pulchritudine agrorum et animalium possessionum.

Quid inanibus gaudiis raperis: Quid externa bona pro tuis amplexaris. Numquam tua faciet esse fortuna: que a te natura rerum fecit aliena. Terrarum quidem fructus animantium proculdubio debentur alimentis. Sed si quod nature satis est replere indigentiam velis: nihil est quod fortune affluentiam petas. Paucis enim minimisque natura contenta est. Cuius facietatem si superfluis vrgere velis: aut iocundum quod infuderis fiet aut noxium. Jam vero pulchrum variis fulgere vestibus putas. Quarum si grata intuitu species est: aut materie naturam: aut ingenium mirabor artificis,

Nota quod natura non est oneranda superfluis sed est alenda. paucis contenta est. unde Seneca. xvi. epistola. Si ad naturam vixeris nunquam eris pauper: si ad opinionem nunquam eris diues. Ergo natura desiderat: opinio vero immensum. Et beatus Augustinus dicit. Sumenda sunt alimenta tanquam medicamenta. et Gregorius. Dum venter nimia facietate exteditur: aculeus libidinis suscitatur. Nota quod Aristoteles in quadam epistola ad alexandrum di. Qui transgreditur debitum modum in pleno et in vacuo: non poterit euadere furorem egritudinis

et molestias infirmitatum. Qui ergo appetit viuere et dominari: renunciat desiderio proprie voluptatis: nec comestione comestioni suppaddat: quod omnis incontinens voluntarie est egrotans secundo ethicorum. Et subdit: audiui ab Hypocrate quod conseruauit dietas pro quibus debilitatem corporis sustinebat. cui dixit suus discipulus. doctor egregie: si velles bene comedere: non sustineres tantam corporis debilitatem. Cui respondit Hypocras. Ego comedo ut viuam: non uiuo ut comedam. Unde dicit Aristoteles. ibidem. Alimentum propter durabilitatem est querendum: non durabilitas propter alimentum. Subdit. Multos noui qui diminuerunt de alimento et comestione abstinentes a suis appetitibus: parcentes gula: viuentes temperate per dietas: qui fuerunt sanissimi corporis: longioris vite et boni appetitus.

Jam vero pulchrum. Sic philosophia ostendit quod non sit gaudendum de pulchritudine vestium tanquam de proprio bono: et arguit sic. De illius pulchritudine non est gaudendum que non est hominis pulchritudo: sed pulchritudo vestium non est hominis pulchritudo: sed est ipsarum vestium: igitur et cetera. unde dicit in littera. Jam putas pulchrum esse id est tue pulchritudini ascribendum fulgere variis vestibus: quasi diceret non debes hoc putare: quarum scilicet vestium: si species id est pulchritudo: est grata id est delectabilis intuitu: ego mirabor naturam materie vestium: aut mirabor ingenium id est subtilitatem artificis vestem formatis nihil

Liber secundus

ascribendo tibi: Nota quod splendor habitus exterioris non facit hominem meliorem nisi fulgeat habitus mentis interiori in eo. unde Seneca. Nullus dicit gladius esse bonum si baltheus eius deauratus est et vagina gemmis distincta. Sed gladius bonus est: si bene inscidit et bonum acumen habet. et mucro bonus est qui omne munimē rupturus est. unde sunt versus. Aurea nobilitas luteam si vestiat ollam, Non ideo sequitur hanc minus esse luteam.

Item poeta inquit Linge caput lauro tege corpus gemis et auro. Si fueris pradem remanebis rusticus idē. An vero te longus ordo famulorum. hic philosophia ostendit non esse gloriandum de multitudine famulorum tanquam de proprio bono: et arguit sic. Famuli aut sunt perversi in moribus: et sic sunt nocivi: aut sunt bene morigerati: tunc nihil ad te: quia hec probitas est famulorum et non tua. Unde dicit in littera. An vero longus ordo famulorum facit te esse felicem: quod scilicet famuli si sint viciosi moribus supple: tunc sunt perniciose sarcina id est periculosum pondus ipsius domus: et sunt vehementer inimica ipsi domino.

si vero sint probi: quoniam modo id est per quem modum aliena probitas numerabitur id est computabitur in tuis opibus: quasi diceret nullo modo. Et tunc concludit de omnibus predictis dicens. Ex quibus omnibus predictis monstratur liquido id est aperte nihil horum esse tuum bonum que tu computas in tuis bonis: quibus si nihil inest appetende pulchritudinis supple que tibi ascribere poterit: quid est id est quare est quod tu doleas de amissis vel letaris retentis: quod pro se: si predicta sunt pulchra natura. id est propter naturam propriam: quid refert id tua. id est quid pertinet hoc ad te: quasi diceret nihil. nam hec sequestrata. id est divisa tuis opibus per se placuissent. neque enim idcirco sunt preciosa quod in tuas venire divitias: sed quoniam proque videbatur tibi preciosa: ideo maluisti ea annumerari tuis divitijs. No. quod servi pueri si in moribus sunt familiares inimici domini et totius domus: de quibus postea dicitur tertio huius quinta prosa. Non est pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus: et si videntur aliquando amici hoc est ratione utilitatis non ratione virtutis: de quibus loquitur Seneca in de remedijs di. Adel musce sequitur: cadavera lupi: frumenta formice: predam sequitur ista turba non hominem. Item Seneca di. xli. epistola. In homine illud laudandum est quod ipse est: si familiam formosam habet et domum pulchram: si multum scribit: si multum feneratur: nihil horum in ipso est: sed circa ipsum laudam in illo

An vero te longus ordo famulorum facit esse felicem. Qui si viciosi moribus sint perniciose domus sarcina: et ipsi domino vehementer inimica. Si vero probi sunt quoniam nam modo in tuis opibus aliena probitas numerabitur. Ex quibus omnibus nihil horum que tu in tuis computas bonis: tuum esse bonum liquido monstratur. Quibus si nihil inest appetende pulchritudinis: quid est quod amissis doleas: vel letaris retentis. Quod si natura pulchra sunt: quid id tua refert. Nam hec pro se a tuis quoque opibus sequestrata placuissent. Neque enim idcirco sunt preciosa quod in tuas venire divitias: sed quoniam preciosa videbantur: tu is ea divitius annumerare maluisti.

Prosa quinta

quod proprium est quod nec auferri nec eripi potest. **Q**uid autem tanto fortune strepitu. Hic philosophia ostendit generaliter diuitias non esse appetendas magnopere: et facit hoc tribus rationibus. secundam ponit ibi. Ita ne. tertiam ibi. Ergo vero nego. Prima ratio est ista. Illa non sunt multum appetenda per que homo non consequitur ea propter que appetunt: sed propter diuitias homo non consequitur ea propter que diuitie appetuntur.

Quid autem tanto fortune strepitu desideratis fugare credo indigentiam queritis copia. Atqui hoc vobis in contrarium cedit. Pluribus quippe adminiculis opus est ad tuendam preciose suppellectilis varietatem. Verumque illud est pro multis indigere eos qui multa possident. Contraque minime indigent qui abundantiam suam nature necessitate non ambitus superfluitate metantur. Ita ne autem nullum est proprium vobis atque insitum bonum: ut in externis ac sepositis rebus bona vestra queratis. Sic rerum versa conditio est: ut diuinum merito rationis aial non aliter sibi splendere: nisi inaiate suppellectilis possessione vi-

appetunt eiz diuitie propter fugam indigentie: quam fugam indigentie homo non consequitur per diuitias sicut declarat in littera dices. Quid autem tanto strepitu id est labore: desideratis. i. cum desiderio insistitis fortune: credo vos queritis fugare indigentiam copia. i. diuitijs: quasi diceret: ideo desiderat diuitias ut suppleatis vestram indigentiam. Atqui pro sed hoc cedit vobis in contrarium: qui supple pro quia pluribus adminiculis id est adiutorijs est opus ad tuendam varietatem preciose suppellectilis id est possessionis. verumque illud est pro multis eos indigere qui multa possident: que pro et contra. i. per oritur sup. illi mi-

me indigent qui metantur id est mesurant suam abundantiam non superfluitate: ambitus id est cupiditatis: sed necessitate nature. Nota secundum Senecam permultis indigent qui permulta possident. propter quod multe diuitie non fugant indigentiam: sed magis excitant. unde poeta. Nulla ditari ratione potestis auari. Vos faciunt mopes quas cumulatis opes. Nota circa hoc quod dicit minime indiget. dicit Seneca. lxi. epistola. Thaurus paucissimorum iugerum pascuis impletur: et vna silua pluribus elephatibus sufficit: homo terra pascitur et mari. Quid igitur tam insatiabile ventrem natura dedit nobis: cum tam modica corpora nobis dederit ut vastissimorum edacissimorumque animalium aviditatem vinceremus. quantum est quod nature datur paruo illa educatur: non fames nostri ventris nobis magno constat: sed ambitio. ventri autem obediens loco animalium numeremur non hominum. Querens vitam voluptuosam oportet ut corpori suo seruiat. Maior sum: et ad maiora genitus sum: quam quod sum mancipium mei corporis. Quod non aliter aspiciam: quam aliquod vinculum mee libertati circumdatur natura paucis minimisque contenta est. Ita ne autem nullum est proprium vobis. Hic ponit secundam rationem. secundo concludit manifestum errorem hominum ibi. que vero late. et ratio talis est. Illa non sunt appetenda quibus appetitis homo putans se talibus ornari facit iniuriam suo creatori: sed bona exteriora sicut diuitie sunt huiusmodi ut declarat in littera: ergo et dicit. **Q**uod homines nunquid nullum bonum

Liber Secundus

Est proprium: atque insitum id est naturale: et intrinsecum vobis: ita ut queratis bona vestra: in externis rebus id est extrinsecis rebus: et in rebus sepositis id est a vobis seorsum positis. quod imo in vobis est bonum si considerare vultis: sed sic est versa id est mutata conditio rerum: ut aial diuinum. scilicet homo qui est similis deo non aliter videtur sibi splendere nisi in possessione suppellectilis inanimatae id est bonorum exteriorum que sunt inanimata: et alia quidem ab homine contenta sunt rebus. scilicet suis bonis: vos autem supple bonis deo conformes merito captatis id est queritis ornamenta vestre excellentis nature a rebus inferioribus. scilicet inanimatis: quod est erroneum: nec intelligitis quantum iniuriam faciatis vestro conditori supple pervertendo ordinem ab eo institutum. Ille enim conditor voluit humanum genus prestare id est excellere omnibus terrenis: sed vos detruditis vestram dignitatem infra queque supple rerum inferiora. quod probat in hoc. Nam omnibus bonis est preciosius eo cuius est bonum: cum vos iudicatis vilissima rerum: si cut sunt bona supple fortuncesse vestra bona: vos submittitis id est subijcitis vosmet ipsos eisdem vestra estimatione. id est opinione: et hoc haud pro merito cadit. id est accidit bonis: quippe pro quibus ista est conditio humane nature: ut pro quibus tum id est tunc tantum excellat ceteris rebus cum se cognoscit. eadem tamen supple natura humana redigatur infra bestias: si desierit se nosse. Nam ceteris animalibus natura est ignorare sese id est seipsam: sed hominibus venit id est prouenit ex vicio.

Nota quod homini est insitum proprium bonum quod est recta ratio: que semper deprecatur ad optima: in cuius actu et speculatione consistit felicitas: quia sapiens maxime est felix. et ethicoz: et homo curans intellectum deo amantissimum videtur ibidem: ideo non est querendum bonum hominis in rebus externis. Nota quod homo merito et ratione est similis deo: quia secundum Senecam ratio nihil est aliud quam pars diuini spiritus mersa in corpus humanum. Et dicitur idem quod animus rectus est quasi deus in humano corpore hospitat. Et idem dicit. Disce potius animum extollere in mensuris nobilibus et generosa res est animus. Nota quod homo seipsum honorans deterior est bestia. vnde B. in tractatu de summo bono allegans commentatores dicit. Ne vobis hominibus que de numero bestiarum computati estis: hoc diuinum quod in vobis est non cognoscere: propter quod ad superiora ascenditis: et ideo similes estis. Et subdit diuinum autem in homine vocatur intellectum et rationem. Nota quod nihil prohibet vnum et idem esse

Prosa quinta

nobilius & ignobilius quod diuificatur fm conditione seu consideratione. vnde
quis homo fm se & simplicitate sit melior bestiis: tamen inquit deficit ab aliquo qd sibi
debetur fm naturam. s. cognoscere se quod no debetur bestiis: sic est ignobilior bestia.

Quam vero late patet. Dic pbia concludit manifestus error boim dicens. *O ho
mies qd late patet vester hic error: qui estimatis aliquid posse ornari ornamentis alie*

*Quaz vero late patet vester hic error: qui
ornari posse aliquid ornamentis estimatis
alienis. At id fieri ne inquit. Nam si
quid ex appositis luceat: ipsa quidem que
sunt apposita laudantur: illud vero his te
ctum atqz velatum in sua nihilominus fe
ditate pdurat. // Ego vero nego illud esse
bonum quod noceat habenti. Num id me
tior. Minime inquires. atqui diuitie possi
dentibus persepe nocuerunt. Cum pessis
mus quisqz eris alieni magis eo audus:
qz quid vsquam auri gemmarumqz est: se so
lum qui habet dignissimum putat. Tu
igitur qui nunc contum gladiumqz solici
tus ptimescis: si vite huius calle vacuus vi
ator intrasses: coram latrone securus carares.*

*nis. At p sed illud fieri ne
quit. na si quid. i. aliquid
luceat ex appositis sibi &
non ex propria pulchritu
dine: tunc apposa illa lau
dantur: vero pro sed illud
quod est velatum: atqz p et
rectum appositis illis: ni
hilominus perdurat. i. ps
seuerat: in sua feditate. i.
turpitudine. / Nota si all
quid est fetidus in se: eius
feditas no tollitur p oma
rum extrinsecum. vnde dicit
poeta. Aurea nobilitas
lutea si vestiat ollam. No
ideo sequitur hac minus
esse lutea. Et quidaz deri
cus ridens mulieri qren
ti vix esset pulchra dixit.
*O domina pulchra sunt
tibi apposa. // Ego no ne
go illud esse bonum quod
noceat habenti. Dic ponit
tertiam rationem que ras
lis est. Illud non est mult**

*tum appetendum quod nocet possidenti: sed diuitie sepe nocuerunt possidentibus qd
declarat ex duobus. pno qz diuitie faciunt possidentes se falsa opinari vel estimare. Se
cundo quia faciunt possidentes amissa securitate timere. Unde dicit in littera. Ego
philosophia nego illud esse bonum quod noceat habenti. Num id mentior. inquires.
minime. Atqui pro certe diuitie persepe nocuerunt possidentibus. Cum pro quia quis
qz supple homo eo qd ipse est audus magis alieni eris: ipse putat illum hominem so
lum dignissimum: qui habet id est possidet quicquid vsquam est auri: qz pro et gem
marum. Tu igitur supple homo qui in diuitijs constitutus es: nunc pertimescis gla
dium: qz p & contum: si intrasses calle. i. semitam huius vite tanqz viator vacuus: coram latrone
securus carares. Tunc iuebis contra diuitias. O preclara beatitudo opum mortalium: & loq
tur ironice: quasi dicat minime preclara quam tu homo cum adeptus fueris securus esse desi
stis. No. diuitie nocent hnti. vñ Arist. i. etibi. dicit. Tale qd error hnt bona qz multis
contingunt detrimenta ex ipsis. multi eis ppter diuitias pierunt. No. qz mali tm diuites
reputat ee dignos. vñ dicit Amb. Ita incubuerunt mores hoiz i admiratone diuitiaz:
vt nemo nisi diues putet dignus. No. qz diuitie no reddunt hoiez securus. vñ Iuuenalis
poeta. Pauca lz portes argenti vascula puri. Nocte iter igressus ptu gladiumqz timebis*

S uij

Contum e hasta sine ferro / acuto cus pde

Liber secundus

Et nocte ad lunam trepidabis arundinis umbram. Cantabat vacuus coram latrone viator. Et Seneca. xliij. epistola dicit. Mundū latro transmittit: et in obsessa via pauperi pax est. et lxxvi. epistola dicit. Quisquis se fortune multum dedit ingentem sibi viam perturbationis fecit, vna hec via est ad tuta vadendi extema despiceret: et bono isto contentum esse.

Metrum quintū
secundi libri.

Felix nimium prior etas. Sic incipit quintum metrum huius secundi: quod dicitur pentitacum ab inventore: anapesticum a pede predominante. et est dimetrum: quia quattuor pedum nam quattuor pedes unum metrum constituunt. et est cathalericum: quia in quarto pede vna syllaba deficit ad complementum metri. In quo metro phia commendat primam etatem que erat sine cupiditate diuitiarum: deplangendo presentem etatem in qua dominatur et regnat auaricia. Primum ergo commendat etatem antiquorum, secundo nostram etatem deplangit. ibi. Utinam modo.

Primo dicit. Prior etas nimium felix fuit contra fidelibus aruis id est fideli agricultura: nec fuit perdita id est deprauata: meriti luxu id est graui superfluitate: que etas solebat soluere id est remouere: sera id est tarda ieiunia: facili glande id est vili fructu: nec illa etas noxat id est nouerat: confundere id est miscere bachica munera. i. vna liquido melle ad faciendum mellificatum sicut modo fit. nec etiam nouerat miscere id est intrigere: lucida vellera id est albam lanam: serum id est illorum populorum: tyrio veneno id est sanguine conchiliorum: quorum copia apud tyrum inuenitur ad faciendum purpureum colorem. Herba dabat eis salubres somnos. non enim dormiebant in lectis eburneis: sed in herbis: quod pro et lubricus annis id est labilis aqua dabat eis potum: et pinus. i. illa arbor altissima dabat eis umbras id est umbras habitaciones. non enim in domibus et in curiosis edificijs habitabant. nondum hospes aliquis existens secabat id est dividebat nauigando alta. i. profundum maris: quia adhuc non erat usus nauium: nec mercibus vndique lectis id est collectis: viderat noua littora id est alienas terras: quia manebat in patria. tunc supple in illa etate tacebant seu classica id est tube vel cornua vocantia homines ad bellum: dicta classica a calo quod est voco: neque cruor fusus acerbis odijs tingerat id est madidauerat horrida arma: quia tunc non erat usus armorum. quid enim id est propter quid bosticus furor vellet prior arma mouere: cuius vi

preclara opum mortalium beatitudo:
qua cum adeptus fueris securus esse desistis.

Incipit metrum quintum.

Felix nimium prior etas
Contenta fidelibus aruis
Nec inertī perdita luxu
Faciliq; sera solebat
Ieiunia soluere glande.
Nec bachica munera noxat
Liquido confundere melle.
Nec lucida vellera serum
Tyrio miscere veneno.
Somnos dabat herba salubres:
Potum quoq; lubricus annis

Adetrū quintū

deret seua vulnera: nec videret vlla premia sanguinis: quia nihil erat pro quo pugna-
rent. Nota circa hoc q̄ dicit prior etas: quattuor etates distinguntur secunduz poe-
tas. in prima fuerunt homines boni & simplices paucis contenti: qui comedebāt glā-
des: bibebant aquam: non collebant vineas. hanc etatem vocabant poete auream: &
erat sub saturno: de qua Boe. loquitur in littera. Secunda etas dicebatur argentea

Umbras altissima pinus.
Mondum maris alta secabat:
Nec mercibus vndiqz lectis
Moua littora viderat hospes.
Lunc classica seua tacebant.
Odus neqz fusus acerbis
Eruoz horrida tinxerat arma:
Quid enim furoz hosticus vlla
Vellet prior arma mouere
Cum vulnera seua videret
Nec premia sanguinis vlla.
Utinam modo nostra redirent
In mores tempora prisca.
Si seuior ignibus etne:
Feruens amor ardet habendi
Heu primus quis fuit ille.

que erat sub Ioue: cū hos-
mines magis astuti inue-
nerunt agriculturā: & ces-
perūt inhabitare domos
& plantare vineas. Terti-
am etatem vocabant ere-
am in qua homines pros-
pter propriam curam res-
rum ceperunt alios depel-
lere & se aliquantulum malis-
tie dare. Quartam etatem
vocabant ferream quan-
do in tantuz abundabat
malicia & auaricia homi-
num q̄ nec fides nec iusti-
cia mansit in terra: in qua
etate nos sumus quam in
fine Boe. deplāgit. No-
ta circa hoc q̄ dicit inertis
luxu q̄ inertia & otium sunt
causa luxurie. Un̄ poeta.
Otia si tollas perire cu-
pidinis artes. Item Bos-
ratius. Queritur egistus
quare sit factus adulter.

In promptu causa est: quia desidiosus erat. Est autem triplex luxuria: vt habetur i de
scholarium disciplina. quedam consistit in coitu: quedam in crapula: & quedam i ves-
titu: & quelibet est fugienda. Nota circa hoc q̄ dicit lucida vellera serum. Seres
sunt quidam homines apud quos contextur lana de arboribus. fila ergo que a vers-
mibus qui dicuntur bombyces operantur: illa vocat hic lucida vellera. Nota q̄ i y-
rus est vermis venenosus in cuius sanguine intingitur purpura. Alij dicunt q̄ sit ge-
nus conchiliorum in quorum sanguine intingitur purpura: quorum conchiliorum co-
pia inuenitur apud tyruz insulam. Utinam modo nostra redirēt. Hic philosophia
deplāgit presentem etatem dicens. Utinam nostra tempora id est conditiones nos-
stri temporis: redirent modo id est redigerentur: in prisca mores id est in mores anti-
quos. sed heu non est ita: sed amor id est desiderium habendi feruens: seuior id est pe-
riculosior ignibus etne illius montis ardet. Heu quis fuit ille qui primus fodit id est
effodit pondera recti auri id est absconditi effodit gemas volentes latere que sunt pre-
ciosa pericula: quia multi propter eorum preciositatem pericula incidunt.

Nota Seneca in libro de diuisione scientiarum commendans priorem etatem dis-
cit. O felix prior etas que tot pertulit sapientes: quibus velut stellis fulgentibus mun-
di tenebras irradiaret, sed heu nunc alij terrenis cure inserviunt: alij temporalis digni

Liber secundus

tatis ambitione inardescunt: omnes vere circa studium sapientie elanguescunt.

Nota quod eterna est mors sicilie qui frequenter ignibus inardescit: ad cuius similitudinem habet se auaricia et cupiditas hominum que insatiabilis nunquam penitus extinguitur. unde Tullius in libro de finibus bonorum et malorum dicit. Cupiditates hominum sunt insatiabiles: que non modo singulares; sed vniuersas familias euertunt. Et cupiditatibus enim odia: seditiones: et bella nascuntur: ex quibus vitas amarissimam necesse est efficit.

Prosa sexta secundi libri.

Quid autem de dignitatibus. Hec est sexta prosa huius secundi libri: in qua philosophia ostendit quod dignitates et potestates non sunt magnopere appetende. Et primo probat intentum de dignitate et potestate simpliciter. secundo de potestate diuinitate ibi. Que vero. tertio iterato simul de dignitate et potestate ibi. ad hec. Primo intrat rationem. Illa non sunt multum appetenda que cum adueniunt malis faciunt ipsos deteriores: et bonos non efficiunt meliores: sed dignitates et potestates hominum sunt sicut declarat in littera: igitur et cetera. unde dicit sic: quod differam id est dicam de dignitatibus: quod potestates: quas vos in scilicet. id est ignari vere dignitatis: ac potestatis: exequatis. id est assimilatis: celo. id est summo bono: quod si ceciderit in quemque improbissimum. id est viciosissimum: quod incendia eterne illius mortis dederint tantas trages. id est pericula: flammis eructantibus id est eructantibus: et quod diluuius dederit tantas strages sicut illi mali: quibus adueniunt dignitates. quod dicitur. plura mala pueniunt ex dignitatibus et potestatibus malorum quam ex incendio ignis vel diluio fluij. Et subdit philosophia ut ipse sicut arbitror te meminisse: vestri veteres. id est antiquiores romani: cupierunt abolere id est delere: imperium consulare id est dignitatem consularem: ob id est propter superbiam consulum: quod imperium consulare fuerat principium libertatis: quia romani liberius vivebant sub consulibus quam sub regibus: qui romani etiam prius abstulerant de ciuitate nomen regum propter eandem superbiam. id est regum. Et quo potestates dignitates faciunt malos deteriores. At potestates et dignitates deferantur probis: quod primum est: quid in eis supple dignitatibus aliud placet quam

Auri qui potera tecti:
Semmaque latere volentes
Preciosa pericula fodit.



Prosa sexta secundi libri.

Quid autem de dignitatibus potestates differam: quas vos vere dignitatis ac potestatis in scilicet celo exequatis. Que si in improbissimum quemque ceciderint: que incendia flammis eterne eructantibus quod diluuius tantas strages dederunt. Certe: uti meminisse te arbitror: consulare imperium: quod libertatis principium fuerat: ob superbiam consulum vestri veteres abolere cupierunt. Qui ob eandem superbiam prius regum de ciuitate nomen abstulerant. At si quis: quod primum est: probis honores deferantur: quid in eis aliud quam probitas utentium placet.

probitas utentium: quasi dicat nihil ita fit id est propter hoc: si ut virtutibus non accedat honor ex dignitate: sed honor accedit dignitatibus ex virtute utentium eis: et ita dignitates nihil boni adiungunt ipsis bonis. Nota duplex est dignitas et potestas. quedam mundana siue temporalis que consistit in bonis temporalibus exterioribus et in tali non consistit vera felicitas cum sit respersa multis amaritudinibus. Alia est dignitas et potestas anime

Ita fit ut non virtutibus ex dignitate: sed ex virtute dignitatibus honor accedat. Que vero est ista vestra expetibilis ac preclara potentia. Nonne o terrena animalia consideratis quibus presidere videamini. Num si inter mures videres murem aliquem ius sibi ac potestatem pre ceteris vendicantem: quanto moueretur cachinnus. Quid vero si spectes corpus imbecilius homine reperire queas: quos sepe muscularum quoque vel morsus: vel in secreta queque reptantium necat introitus. Quo vero quisquam ius aliquod in quempiam: nisi in solum corpus

sive spiritualis que consistit in scientiis et virtutibus: et illa non potest superari vicio nec aduersitatibus: nec prosperitatibus in qua consistit beatitudo et beata vita. Unde Ambrosio in li. de officiis dicit. Dico beatam vitam consistere in altitudine sapientie: in suavitate conscientie: et virtutis sublimitate.

Nota quod inscientium dignitates et potestates mundanas adequant celo: quia non recte iudicant. iudicant enim secundum concupiscentias et non secundum rei veritatem. imperiti enim velut a longe distantes a veritate speculantur primo eorum. Nota quod mali dignitates et potestates

et potestatibus predicti plus nocent quam ignis vel diluuium aquarum: quia mali dignitate sua et potestate extolluntur in superbiis: alios iugo seruitutis opprimendo: pro quo exequendo mouentur bella quibus humanum genus plus offenditur quam igne vel diluuiis. Nota quod ciuitas romana a tempore Romuli sui conditoris a regibus erat gubernata: postea romani exigente malitia et superbia regum ipsos deleuerunt et consules instituerunt: qui etiam propter eorum superbiam fuerunt abiecti: ex quo patet quod dignitas et potestas malorum eos efficit peiores.

Nota quod homo non debetur alicui ratione dignitatis: sed potius ratione virtutis. Unde Aristoteles quarto ethicorum. Non erit utique dignus honore prauus existens. virtutis enim premium honor est. Unde secundum veritatem solus bonus est honorandus.

Que vero est ista vestra. Dic probat specialiter de potestate quod non sit multum appetenda duabus rationibus. Secunda ibi. Quid autem est. ratio talis est. Illa potestas non est multum appetenda que non est magne: et fortis reputationis: sed tantum est fragilis et imbecillius: sed potestas temporalis est huiusmodi: quia per eam homo non potest supra animam: sed tantum supra corpus et super ea bona que corporis sunt. humano autem corpore nihil est imbecillius. dicit ergo in littera. Que vero est ista vestra expetibilis id est desiderabilis: ac preclara id est nobilis potentia. quod dicitur nulla est. nonne consideratis o terrena animalia quibus videamini presidere. id est posse. si enim inter mures videres unum pre ceteris ibi vendicantem. id est usurpantem ius ac preteritum

Liber secundus


super alios mures. o q̄to cachino id est risu tu moueris: quia derisibile esset. ⁊ talis est potestas terrena scilicet derisibilis que non extendit se nisi ad corpus. quid vero si tu spectes id est consideres corpus: est imbecillius id est debilius homine: quasi diceret nihil: quos homines sepe necat id est interfecit: morsus muscarū id est paruorū vermium: vel etiam introitus in secreta id est in interiora hominis queq; reptantium id est serpentū. quo vero id est quomodo q̄sq̄ potest exercere ius aliqd̄ in quēsp̄iam: nisi in solum corp̄: ⁊ in fortunam id est in bona fortune que sunt infra corpus: quasi diceret nullo modo. Num id est nunquid tu vnq̄ imperabis libero aīo: quasi diceret nō. Num id est nūquid tu amouebis de sta: u. pprie quietis mentes sibi firma ratione coherentem: quasi diceret non. ⁊ hoc pbat exemplo cuiusdam philofophi: qui nullis tormentis ad hoc potuit compelli vt illud faceret quod ratio naturalis iudicabat nō faciendus. vnde dicit. Cū quidaz tyrannus putaret se adacturum id est com-

⁊ quod infra corpus fortunaz loquor posset exercere. Num vnq̄ libero imperabis animo. Num mentem firma sibi ratione coherentem: de statu proprie quietis amouebis. Cum liberum quendam viruz supplicij se quidam tyrānus adacturum putaret: vt aduersum se facte coniurationis conscios proderet: linguaz ille momordit atq; abscidit: ⁊ in os seuiantis tyranni eā abiecit. Ita cruciatus quos putabat tyrānus materiam crudelitatis: vir sapiēs fecit esse virtutis. Quid autē est quod in alium quis q̄ possit facere: quod sustinere ab alio ip̄e n̄ possit. Bresiridē accepimus necare hospites solitum: ab hospite hercule

pulsurum supplicij: quendam liberuz virum id est philofophum: vt ipse proderet conscios facte coniurationis aduersum se: ille supple liber homo linguam momordit atq; abscidit: ⁊ abiecit eaz in os id est in faciem seuiētis tyrāni. Ita illos cruciatus quos tyrannus putabat supple esse materiam id est causam crudelitatis: vir sapiens fecit esse materiam virtutis: quia hoc pro virtute non pro crudelitate ei reputatum est.

Nota q̄ muscula est diminutiuum huius nominis musca: ⁊ per muscam dat intelligere quecumq; animalia venenosa vel vermes venenosos: ⁊ ab isto loco recipit auctor forozum cum dixit. Debilius quid sit mare quos necce muscula perdit. Nota q̄ animus hominis liber ē ⁊ cogi non potest. vnde Seneca. Erat si quis seruitutem credit transire in totum hominem. non entz transit in animaz: quia libertas est anima.

Nota q̄ homo liber ⁊ constans nullis supplicij vinci potest: quia dicit Seneca in libro de clementia. magni animi propriuz est placidum esse ⁊ tranquilum: ⁊ iniurias ⁊ offensiones superbie despiciere. ⁊. xxviii. epistola. triginta tyranni Socrates circumsteterunt: nec potuerunt animum eius infringere. Quid autē est. Dic philosophia ponit secundam rationem que talis est. Illa potestas non esse multum appetenda per quam nemo potest facere q̄ alius non possit in ipsum quod ipse potest in alium: sed potestas tēporalis est hmoi sicut in littera declarat ponēs duo exēpla de Bresiride ⁊ Regulo. Prīmū exēplū est de Bresiride. Bresirides fuit filius Neptuni ex mīe Libia q̄ hospites suos mactabat. Hercules autē apd̄ ipm̄ hospitatus ipm̄ eō mactauit

 Vnde de Bresiride de quo auq; lio 19 de ty. de cio dicit sic illo tpe stp̄ to sue rex vel poaus tyrannus buprus suis dicit suos hospites inuolabat que filius Philis fuisse neptuni ex matre libia filia epiphi De pio diuidis metha lio 9 loquē i p̄sona herculis Ergo ego sedantem pegamo templa curare et buprudem domui

Profa Sexta
Mandix

Augglio p^o deinde c^o Carthagine
ad mallet captivos quos romani
fuerunt sibi reddi q^o captivos eoz
ad hunc ad legatus fuit ynd regulum
misit p^o impetranda q^onta
captivoz p^o tunc eis juratone

Secundum exemplum est de Regulo. Regulus fuit consul romanus: qui cum multa bella ingessit cum carthagenensibus: multos ex eis captivavit: sed tandem ab eis fuit captus. ex quo patet quod quicquid potest aliquis in alium facere: potest etiam illud ab alio pati. unde de Cartho. Victorem a victo et per consequens nulla est potentia humana que hoc interceptare non potest. unde dicitur in littera. Quid est quod quis potest facere in alium quod

fuisse mactatum. Regulus plures penorum bello captos in vincula coniecerat: sed mox ipse victorum carthenis manus prebuit. Illam ne igitur eius hominis potentiam putas: qui quod ipse in alio potest: ne id in se alter valeat efficere non possit. Ad hec Si ipsis dignitatibus ac potestatibus inesset aliquid naturalis ac proprii boni: nunquam pessimis provenirent. Neque enim sibi solet adversa sociari natura respuit: ut contraria queque iungantur. Ita cum pessimos plerumque dignitatibus fungi dubium non sit. Illud etiam liquet natura sui bona non esse: que se pessimis herere patiatur.

ipse non possit sustinere ab alio quasi diceret nihil quod declarat. Nos accipimus id est cognovimus? Brevis idem solutum id est consuetum necare hospites: ipsius fuisse mactatum ab Hercule hospite supple suo. Aliud exemplum ponit Regulus consul romanus. plures penorum id est carthagenensium: captos bello coniecerat id est posuerat in vincula: sed mox ipse prebuit manus carthenis victorum id est carthagenensium. nunquam igitur vllas putas supple esse eius bonis potentiam qui non possit efficere ne alter valeat in se quod ipse potest in alio: quasi dicere: nulla reputanda est

Impetravit
q^o impetrata
q^onta non
fuit ipse redderet
Carthagine in
captivis. Quia
enim videtur roma
suasit servatu
q^o q^onta uel
no facit qua
no iudicant
h^o vnde rep^o
Post hat vero
suasione licet
q^o pulsus no est
h^o p^o iurand
fuit cartha
reddi quem
Carthagine sed
idus iunt liquo
Augusto vnde
et inus ad fixo
acutissimus
ne d^o p^o q^o
Ptem sine
p^o atonssio
se mactaret
et sic stando
et vigilando
tandem sic etiam
p^o alpebus ut
in hostio ently
mortuus est

hec potentia. Ad hec si ipsis dignitatibus? Hic probat philosophia simul de dignitatibus et potestatibus quod non habent in se aliquod naturale bonum propter quod sint appetende. Secundo ostendit quod idem potest concludi de omnibus bonis fortuitis. ibi. Postremo. Primum facit quod dictum est. Secundo ostendit falsam nominationem bonorum. ibi. De quibus etiam illud. Ratio quam intedit est ista. Illud quod in se naturaliter est bonum non potest adiungi pessimis: sed dignitates et potestates pessimis adveniunt: ergo etc. Ad hoc declaratur in littera. Unde dicitur. Si ipsis dignitatibus et potestatibus inesset aliquid naturalis et proprii boni: nunquam provenirent pessimis. nec enim adversa id est opposita solent sibi sociari: quia natura respuit ut queque contraria iungantur id est stant simul. cum ergo non sit dubium pessimos plerumque fungi id est vti dignitatibus. illud etiam liquet id est manifestum est supple ipsa non esse bona sui natura que se pessimis patiantur herere id est commanere. quod quidem dictum de dignitatibus et potestatibus dignis potest existimari de cunctis muneribus fortune: que scilicet munera vberiora id est copiosiora proveniunt ad quemque improbissimum. Nota quod duplex est bonum. unum quod convertitur cum ente: et sic dignitates et potestates licet malis adveniant: tamen sunt bone. Aliud est bonum quod est quedam qualitas derelicta ex bonis operationibus: et vocatur bonum moris: et sic dignitates et potestates bone non sunt: quia ut multum pessimis sociantur. De quibus etiam. hic philosophia probat quod bona fortuna non possunt in suum effectum: et sic per consequens habent falsam de

Liber secundus

nominationez, arguendo sic. Omne quod est naturaliter bonum efficit quod est ei proprium: et expellit contrarium: sicut fortitudo facit fortem: velocitas velocem: sed bona fortune non efficiunt quod videtur esse proprium: quia diuitie non faciunt diuitem: cum non restringant auaritiam: nec potentia facit potentem: nec dignitas dignum: propter quod diuitie false nominantur, vnde dicit in littera, de quibus bonis fortuitis. Illud etiam puto considerandum: quod nemo dubitat illum esse fortem cui conspexerit inesse fortitudinem: et illum esse velocem cuiuscumque inest velocitas: et sic musica quidem musicos: medicina medicos: rhetorica rhetoricos facit. natura eius cuiuscumque rei agit quod sibi est proprium: et non miscetur effectibus contrariorum: et vltro id est sponte depellit que sunt aduersa id est contraria. Atqui pro certe: nec opes id est diuitie: queunt id est possunt restringere inexpletam auaritiam supple hominum id est insatiabilem: nec potestas facit illum competentem sui id est potentem: quem viciose libidines retinent astrictum insolubilibus cathenis id est passionibus: et dignitas collata improbis: non modo id est non tantum efficit dignos: sed prodit et ostendit indignos. Cur ita prouenit: quod bona fortune non efficiunt quod videtur eis esse proprium. hoc est ideo quod vos homines gaudetis res sese aliter habentes quam videantur compellere id est denominare falsis nominibus: que nominationes facile redarguuntur effectum ipsarum rerum. Non nec ille diuitie iure possunt appellari cum non faciunt diuitem: nec illa potentia nec dignitas iure appellari potest. Nota quod diuitie non faciunt hominem diuitem: quia non restringunt auaritiam. Nam diuitie secundum Senecam, xxvii. epistola sunt composita paupertas in lege nature. talis autem paupertas secundum legem nature excludit auaritiam que insatiabilis est. Natura enim paucis contenta est.

Nota quod dignitas improborum ostendit improbos: quod improbus tanto a pluribus

Quod quidem de cunctis fortune muneribus dignius estimari potest: que ad improbissimum quemque vberiora perueniunt. De quibus etiam illud considerandum puto: quod nemo dubitat esse fortem: cui fortitudinem inesse conspexerit. Et cuiuscumque velocitas adest: manifestum est esse velocem. Sic musica quidem musicos: medicina medicos: rhetorica rhetores facit. Agit enim cuiuscumque rei natura quod proprium est: nec contrarium rerum miscetur effectibus: sed vltro que sunt aduersa depellit. Atqui nec opes inexpletas restringere auariciae queunt. Nec potestas sui competentem facit: quem viciose libidines insolubilibus astrictum retinent cathenis. Et collata improbis dignitas non modo non efficit dignos: sed prodit potius et ostendit indignos. Cur ita prouenit. Gaudetis enim sese res aliter habentes falsis compellere nominibus: que facile rerum ipsarum redarguuntur effectum.

Adetrū Sextum

cognoscitur: quanto magis innotescit eius vitium. et quanto aliquis in maiori dignitate constituitur: tanto plus cognoscitur. propter quod dicit Seneca in preueibis. loco ignominie apud indignum est dignitas. Postremo idem de tota fortuna. hic philosophia ostendit idem posse concludi de omnibus bonis fortuitis dicens. Postremo id est finaliter licet hoc idem concludere de tota fortuna in qua nihil est expectandum id est desiderandum: nihil inesse sibi nature bonitatis id est naturalis: manifestum est quod fortuna non adiungit se semper bonis: et quibus fuerit adiuncta bonos non efficit. Nota quod bonum fortune non facit illud bonum cui additur. sicut musica facit musicum: et virtus facit virtuosum: sed quia fortuna malos quibus aduenit non facit bonos: patet quia nihil nature bonitatis sibi inest. qualiter autem mali malos faciunt bonos: patebit in quarto huius prosa sexta.

Itaque nec ille diuitie: nec illa potentia: nec hec dignitas iure appellari potest. Postremo idem de tota fortuna concludere licet: in qua nihil expectandum: nihil nature bonitatis inesse manifestum est. Que nec se bonis semper adiungit: et bonos quibus fuerit adiuncta non efficit.

Adetrum sextum secundi libri.

Nouimus quantas dederit ruinas
Urbe flammata patribusque cesis
fratre qui quondam ferus interempto

Matris effuso maduit cruore
Corpus et visu gelidum pererrans
Ora non tinxit lachrymis: sed esse
Censor extincti potuit decoris:
Hic tamen scepro populos regebat.

syllabum: quia quilibet versus continet. xi. syllabas. et est achataleticum: quia nulla syllaba deficit ad perfectionem metri. In quo metro probia declarat per exemplum quod dignitates et potestates malis aduenientes non faciunt eos bonos: et hoc declarat per Heronem: qui quanto fuit potentior: tanto fuit peior. tangit autem probia quatuor malicias Heronis in hoc metro. Prima est quod urbem romanam incendit que arsit. vii. diebus et septem noctibus: ut spectaculo illius ignis cognosceret quod olim fuerat ignis qui troia capta arserat. Secundum malum est quod Nero magnam partem senatus sine ulla causa interfecit. Tertium est quod proprium fratrem occidit ut solus securus regnaret. Quartum est quod matrem suam occidit ut videret locum ventris in quo iacuit. Dicit ergo in littera. Nouimus quantas ruinas id est quanta pericula dederit NERO urbe supple romana: flammata id est incensa: quod p et cesis. i. occisis: patribus id est senatoribus: qui Nero quondam ferus. i. crudelis interempto, fratre: ipse est: maduit cruore matris effuso, et designas est cru-

tendum id est desiderandum: nihil inesse sibi nature bonitatis id est naturalis: manifestum est quod fortuna non adiungit se semper bonis: et quibus fuerit adiuncta bonos non efficit. Nota quod bonum fortune non facit illud bonum cui additur. sicut musica facit musicum: et virtus facit virtuosum: sed quia fortuna malos quibus aduenit non facit bonos: patet quia nihil nature bonitatis sibi inest. qualiter autem mali malos faciunt bonos: patebit in quarto huius prosa sexta.

Adetrum sextum secundi libri.

Nouimus quantas dederit ruinas.
Istod est sextum metrum
huius secundi quod dicitur
saphicum ab inuente
re: trochaicum a pede
dominante: et est undeca

delstatem circa matrem dicit. 7 ipse Nero pererrans id est pertransiens visum gelidū corpus id est infrigidatum corpus matris: non tinxit id est madidavit: ora id est faciem suam lachrymis: sed ipse potuit sine omnibus lachrymis esse censor id est iudex: extincti decoris id est interfecte matris que decora fuit. tamen hic Nero licet ita malus esset: regebat populos sceptro. i. imperiali dignitate. hos inq̄ populos rexerit quos p̄hebus id est sol ventens ab ortu extremo videt: cōdens id est abscondens radios supple suos sub vndas: 7 loquitur more poetarum: quasi diceret ipse rexerit omnes populos qui erāt ab ortu solis vsq; ad occasum. Similiter regebat populos: quos septē triones id est septem stelle que sunt in maiori vrsa que dicuntur triones quasi teriones: quia illam plagam terūt: gelidi id est frigidi premunt. plaga enim septentrionalis frigida est quasi diceret regebat omnes populos aq̄lonares. Et istos regebat quos nothus id est ille ventus collateralis austro violentus existens: torret id est cremat: sicco estu id est calore: nothus inq̄ recoquens ardentem arenas id est calidas. venit enim ille ventus a torrida cona: 7 ideo calidus est: quasi diceret: Nero etiam regebat omnes populos australes: 7 sic per quattuor plagas mundi ostendit eius potestatem super omnes populos: tandem celsa potestas id est magna: non valuit vertere id est mutare: rabiem id est crudelitatem pravi Neronis. Et tunc deplangit coniunctionem magne potestatis cum magna malicia: quia multa mala ex ea proueniunt dicens. Deu supple dico esse grauem sortem id est euentum: quotiēs iniquus gladius id est iniqua potestas: additur seuo veneno id est venenose crudelitati. Nota secundum Aristotelem quinto ethicorum. Principatus virum ostendit. malicia enim hominis vel probitas ostenditur principatu: sicut patet in Nerone: cuius malicia 7 crudelitas in imperio sue dignitatis apparuit. propter quod dicit idem Aristoteles. Seuissima est iniusticia habens arma. 7 septimo ethicorum dicit etiam. Simile est igitur comparare iniusticiam homini iniusto. est enim deterior bestia decies milies. plura enim vtiq; mala faciet homo malus q̄ bestia. Nota preter hec mala Neronis que tanguntur in littera multo plura ipse perpetravit. nam dicit philosophia tertio huius quinta prosa. Nero Senecam familiarem suum preceptorem ad eligende mortis coegit arbitrium. 7 quia Nero fuit crudelissimus hominum: ideo Seneca scripsit quendam libellum ad ipsum qui intulatur liber de clementia: in quo hortatur eum ad fugam crudelitatis: 7 ad vsum clementie: qui liber sic incipit. Tibi scribere de clementia Nero cesar iustis tui.

Quos videt condens radios sub vndas
 P̄hebus extremo veniēs ab ortu:
 Quos premunt septem gelidi triones
 Quos nothus sicco violentus estu
 Torret ardentem recoquens arenas:
 Celsa non tandem valuit potestas
 Vertere pravi rabiem neronis.
 Deu grauem sortem quotiēs iniquus
 Additur seuo gladius veneno.

Prosa septima secundi libri:

Prosa septima secundi libri.

Prosa Septima

Quam ego scis inquit. Dicitur incipit. vij. prosa huius secundi in qua ostendit philosophia quod gloria mundana non sit multum appetenda. et primo inducit Boetium. confitens rem se non desiderasse multum predicta. id est potestates et dignitates: nisi inquit sunt materia rerum gerendarum. secundo ostendit philosophia quod cum gloria sit perexile bonum non sit multum appetenda. secunda ibi. ut illa. d. primo. tum per tunc: ego Boetium.

Quam ego scis inquam ipsa nimium nobis ambitionem mortalium rerum fuisse dominatam. Sed materia gerendis rebus optauimus: quo ne virtus tacita consenesceret. Philosophia. At illa. atqui hoc unum est quod prestantes quidem natura metes: sed nondum ad extremam manum virtutum perfectione productas allicere possit glorie. scilicet cupido et optimorum in rempublicam fama meritorum.

inquit. id est dixit: o philosophia tu scis ambitionem. id est cupiditatem rerum mortalium: de quibus dixisti nimium fuisse se nobis dñatam: sed bene optauimus materiam rebus gerendis quo ne per te non consenesceret in nobis: virtus tacita. id est non excitata. Nota quod in sapiente non dñatur cupiditas rerum temporalium: quod philosophia inducit mobilis affluentie contemptum: ex libro de planis. Et Socrates cum arbenis ad studium pergeret magnum potestatem.

aus auri in mare plectens dicens. mergam te ne mergar a te. Nota quod materia rerum gerendarum sunt ista sine quibus res convenienter geri non possunt. et sunt tria: sapientia: auctoritas et potentia. sine enim sapientia convenienter non geruntur ut de se patet. res etiam gerenda auctoritate ornatur: quod homo auctentius libentius auditur et facilius ei creditur. Potentia vero mali depaununtur et boni extollunt. hanc materiam Boetius desiderans potentiam et dignitates quesuit. Nota quod Boetius materiam dignitatis et potestatis ideo quesuit: ne virtus sua tacita consenesceret. id est ne dum ipse ad senectutem pueniret virtus sua tacita esset: dum nullus aliquid loqueretur de laude sue virtutis vel scriberet. Tunc enim virtus tacita consenescit: quando non agit aliquis unde alij loquantur. et dum nihil scribitur de suis beneficiis: quod virtus habentem perficit: opus enim laudabile reddit. At illa atqui hoc unum est. Dicit philosophia ostendit gloriam mundanam non esse appetendam. et primo premitit: quod cupido glorie multos allicit. secundo probat eam esse exilam et vacuam ibi. Omnem terre ambitum. primo dicit sic: ex quo Boetius. quisques quesuit dignitates et potestates ne virtus sua tacita consenesceret: videtur quod ista propter laudem et gloriam que sunt: ideo dicit philosophia. hoc unum est. scilicet cupido glorie et fama optimorum meritorum in republica: que fama possit allicere mentes supple hominum: natura quidem prestantes. id est excellentes: sed nondum. id est non adhuc productas: ad extremam manum perfectione virtutum. id est ad summam perfectionem: que fama et gloria que sit exilis et vacua totius potestatis. id est preciositatis: sic considera ex sequentibus. Nota quod cupido vane glorie multos allicit et delectat. vij. Seneca. lxi. epistola dicit. Illud precipue nos impedit quod cito nobis placet si inuenimus qui nos bonos viros dicat: qui prudentes: qui sanctos: non sumus modica laudatione contenti. quicquid in nos adulatio sine pudore congeserit: tanquam debetum putamus: optimos esse nos sapientissimosque affirmantibus assentimus: cum sciamus nos sepe multa metiri: adeo quoque indulgemus nobis ut laudari velimus in id cui contrarium maxime facimus. Nota quod duplex est bonitas mentis: id est naturalis et

b

acquisita. Naturalis bonitas ē secundū quā aliq̄ naturaliter sunt p̄h: mansueti: sobrii: et casti: sed hec bonitas si nō emendat virtute et sapia cito extollit hoīez ad inanē gloriā. Alia est bonitas acq̄sita exercitio virtutū et scientiarū q̄ non p̄mittit hoīez extollī vana gloriā: q̄ sapiens fructū ponit in cōscientia: stultus autē in laude bñana secundū Macrobiū. iō dicit p̄bia q̄ cupido glorie allicit mētes natura p̄stātes nondū ad huc virtutibus p̄fectas. No. q̄

fama ē frequēs laus opti morū meritōz in rēpublī cam: s̄ gloriā ē clara notī cia cuz laude: vel glīa ē la te patēs preconiū. i. annū ciatio. *Dez terre ābitū* Dic p̄bia oñdit glīaz mū danā esse exilem nec multuz appetendā. primo oñ dit hoc ex pte spaciū quo dilatat. secūdo oñdit hoc ex diuersitate nationū ad quas nō diuulgat. tertio ostendit idē ex diuersitate mox p̄pter quos de eodē contrarie iudicatur. quar to oñdit idē ex breuitate

*globus p̄p̄ dicit
quodh̄ salub̄ nō
volūz. s̄ salub̄
volūz nō salub̄
z̄t dicit p̄p̄
ut mōd̄*

Que q̄ sit exilis et totius p̄deris vacua sic considera. Omnem terre ambitum: sicuti astrologicis demonstrationibus accepisti: ad celi spacium puncti constat obtinere rationem: id est ut si ad celestis globi magnitudines conferatur: nihil spacii p̄sus habere iudicetur. Huius igitur tam exigue in mūdo regionis quarta fere portio est: sicut Ptolomeo testante didicisti: que ab nobis cognitis animantibus incolatur. Huic quarte si quantum maria

durationis propter quam non perpetuatur. secunda ibi. Adde q̄ hoc. tertia ibi. quid qd̄ diuersarū. quarta ibi. sed q̄ multos. Primo intendit talē rationē. Latitudo fame cōsistit ī latitudine terre sup̄ quā dilaturatur: sed terra nō ē lata sup̄ quā fit dilatio fame sicut declarat in littera: ergo fama late nō pōt diffundi et per p̄ns est exilis nec multum appetenda. vnde d. in littera. Tu accepisti. i. didicisti astrologicis demonstratiōibz oēm ambitū terre. i. spacium terre: obtinere. i. habere: rōnez p̄cti ad spacium celi. i. ad magnitudinē celi: qd̄ magis exponēs. d. ut si supple terra cōferat. i. oparet ad magnitudinem celestis globi: ipsa iudicetur p̄orsus nihil spacii habere. huius igitur tam exiguę regionis. i. terre ī mūdo: fere quarta portio. i. quarta p̄s: ē q̄ icolat. i. inhabitat ab aiātibz nobis cognitis sicut tu didicisti a Ptolomeo hoc testāte si subtraxeris cogitatione huic quarte supple p̄tē terre q̄iū maria: q̄ pro et paludes premūt. i. occupāt: et q̄tum vsta. i. ampla regio distenditur: sicut. i. siccitate: tūc vix relinq̄tur hoībz āgustissima area. i. aratissim⁹ locus inhabitādi. in hoc igit quodā mīmo p̄cto p̄cti. i. ī mīma portione terre: vos hoīes circūsepti atq̄ cōclusi cogitatis de puulgāda fama: de proferēdo. i. extollēdo: noīe. i. fama: et hoc fit inutiliter: at p̄ sed quid habeat. i. pōt habere gloria amplum: q̄ pro et magnificū q̄ arata est tā angustis: q̄ pro et exiguis limitibz id est terminis. q. d. nihil habet magnificū. No. terra respectu celi nō est alicui⁹ q̄ritatis sensibilis: sed habet se sicut punctus respectu circumferētie ip̄ius celi: quia oris con qui terminat visuz nostrū diuidit celum in duo media: quod nō esset si terra in cōparatione ad celum haberet aliquam quantitatem. Item si terra esset alicui⁹ q̄ritatis sensibilis respectu celi: tūc stelle non semper apparerent nobis eiusdem quantitatatis. quod patet falsum: quia ī ea parte vbi terra esset magis gibbosa et propinquo celo apparerent stelle maiores: et in opposita parte minores. Item minima stella fixa visu notabilis est mator tota terra, si ergo talis stella apparet nobis existētibz ī terra

sicut punctus: multo magis terra respectu celi erit sicut punctus. Item punctus est quoddam indivisibile a quo linea equaliter distans facit circulum. et quia celum ex omni parte equaliter distat: ideo terra respectu celi habet se sicut punctus. Nota quod tres partes terre sunt inhabitabiles. una propter nimium calorem: due propter nimium frigus: sed quarta pars que est temperata in caliditate et frigiditate a nobis inhabitatur. sed quia adhuc non

paludesque premunt: quantumque siti vestra vasta regio distenditur cogitatione subtraheris: vix angustissima inhabitandi hominibus area relinquatur. In hoc igitur minimo puncti quodam puncto circumsepti atque conclusi. de promulganda fama: de proferendo nomine cogitatis. At quid habet amplum magnificentumque gloriae angustis exiguisque limitibus artata. Adde quod hoc ipsum brevis habitaculi septum plures incolunt nationes: lingua moribus totius vite ratione distantes: ad quas tunc difficultate itinerum: tunc loquendi diversitate: tum commercii insolentia non modo fama hominum singulorum: sed ne urbi-um quidem peruenire queat. Etate denique Marcii Tullii: sicut ipse quodam loco significat nondum cancasum motem Romano reipublice forma transcenderat: et erat tunc adulta parthis etiam ceterisque id locorum gentibus formidosa. Videtur ne igitur quod sit angusta quod compressa

tota inhabitatur propter maria et plaudes et propter nimiam siccitatem: ideo dicit philosophia: quod quarta pars fere est inhabitabilis. vel dicit fere semper alios: quod estus solis non facit totam conam totaliter inhabitabilem: cum quodam civitas dicta Ariz supra quam Ptolomeus dicitur fundasse astrolabium directe sit sub equinoctiali: sed dicitur inhabitabilis: quod est gravis inhabitabilis: sed ultra equinoctialem omnino est inhabitabilis propter nimium calorem. Item dicit quartam partem terre inhabitari ab animantibus nobis incognitis: sed forsitan dicit propter antipodes si sunt: qui nobis sunt ignoti. Adde quod si ipsius philosophia ostendit gloriam non esse appetendam ex diversitate nationum ad quas non divulgatur intendens tale rationem. Diversae nationes et diversa ideomata non solum impediunt promulgationem fame hominum: sed etiam urbium: sed in ter

ra habitabili sunt diverse nationes diversorum ideomatum: ergo promulgatio fame per talia impeditur et per consequens non est multum appetenda. unde dicit in littera. Adde predictam rationem quod hoc ipsum septum id est spacium: brevis habitaculi. id est parvi spacii in quo nos habitamus: incolunt. id est inhabitant: plures nationes. id est gentes: distantes. id est differentes: lingua. id est ideomate: moribus ratione totius vite. id est ratione modi vivendi ad quas non potest pervenire: non modo. id est non tantum fama singulorum hominum: sed etiam nec fama urbium: tunc. id est tanta difficultate itinerum. id est viarum: tunc. id est tanta diversitate loquendi. id est ideomatum: tunc. id est tanta insolentia. id est consuetudine commercii: quod aliqui homines consueverunt cum alijs commercium

b ij

Liber secundus

comercijs: quia etate. i. tempore Marcii tullij sicut ipse Marcus tullius significabat quodam loco id est in quibusdam suis scriptis fama romane rei publice nondum transce-
derat cancasum monte: et tamen fama romanorum erat adulta. i. ab antiquo nota. etiam
formidosa partibus talibus hominibus: et ceteris gentibus id est locorum circa cancasum monte.
Vides ne igitur quod angusta sit gloria: quod compressa id est modicum redacta quam laboratis
dilatate et propagare: an per
nunquid gloria vni hominis
romani: illud progredietur. i.
perueniet ubi fama romanorum
notis. i. romane urbis nequit
transire. quod dicitur non. No. par-
tes terre habitabile vocat
septem: quod est septem. i. circum
data mari. unde linconius
enim in tractatu suo de spe-
ra: et etiam Macrobius di-
cunt quod quarta portio no-
stra habitabilis vndique ci-
gitur mari. Nota quod in-
solentia secundum Senecam est
spes false magnitudinis:
sed secundum Duguitone
insolentia est superbia vel
fatuitas. in proposito autem
potest exponi pro consue-
tudine: et tunc dicitur ab in-

gloria quam dilatate ac propagare labor-
ratis. An ubi romani nominis transire fa-
ma nequit: romani hominis gloria progre-
diatur. Quid quod diuersarum gentium mo-
res inter se atque instituta discordant: ut
quod apud alios laude: apud alios suppli-
cio semper dignum iudicetur. Quo fit ut
si quem fame predicatio delectet: huic in
plurimos populos nomen proferre in illo
modo conducatur. Erigitur propagata in-
ter suos gloria quisque contentus: et inter
vnius gentis terminos preclara illa fame
immortalitas coarctabitur. Sed quod mul-

quod est non: et soleo quod est consueco. Nota quod cancasus est mons quidam situs in
parte septentrionis ad quem non peruenit fama romane urbis: licet partibus et alijs gen-
tibus assidentibus fama romanorum erat formidosa id est formidabilis. Quid quod diuer-
sarum. Sic ostendit gloriam mundanam esse exilem ex parte diuersitatis morum propter
quos de eodem apud diuersos contrarie iudicatur: et intendit talem rationem. Contra-
rias institutionum et legum impediunt fame dilatationem: sed homines contrariarum
institutionum et legum terram inhabitant: ergo diuersitas institutionum et legum impe-
diunt dilatationem fame: et per consequens non est multum appetenda. unde dicitur in li-
tera. Quid supple est iudicandum quod mores et instituta et leges diuersarum gentium in-
ter se discordant: ut illud quod apud alios iudicatur dignum laude: apud alios iudis-
cetur semper dignum supplicio: quo fit id est propter quod fit: ut si predicatio id est de-
lectatio fame: delectat quem id est aliquem nullo modo conducatur id est laborer: profer-
re nomen id est famam suam in plurimos populos: quia licet ab aliquibus laudaretur:
ab alijs tamen vituperaretur. Erigitur quisque contentus gloria peruiagata id est di-
latata inter suos et ista preclara immortalitas fame: et loquitur ironice: quia non est
preclara nec immortalis. illa coarctabitur id est constringenti intra terminos vnius
gentis id est vnius ydeomatis. Nota quod tanta est diuersitas morum in gentibus
quod illud quod reputatur apud alios laudabile: apud aliquos reputatur vituperabile
reputatur enim apud syrios laudabile comedere parentes et mortuos: ne comedantur
a vermibus in terra: quod apud alios extraneos est execrabile. similiter apud iude-
os reputatur laudabile ducere uxores consanguinitate per uxoras: quod apud christi-
anos

*Obortus est obliuio morum et prauissima notorum dicitur sicut
temporibus quod multos viros clarissimos et nobilissimos vel iustos
et quos ipse Augustus per hanc quod dicitur valde parum vel
modum quod sicut Augustus dicitur. Vnde Augustus dicitur
in hinc obliuio atque longior dicitur et amittit et quod
actus quod actus*

Prosa Septima

nos prohibetur. Item in triuallis laudabile est occidere patrem septagenarium & tres
mare ipsum: quod apud alios est vituperabile. vnde dicit poeta. Sunt loca sunt gē
tes quibus est mactare parentes. Et phas & pietas dum longa superuenit etas.

Sed quoniam multos clarissimos. Hic philosophia ostendit exilitatem glorie ex breuitate
durationis propter quam non perpeuatur: & diuiditur in tres partes. primo ostendit

tos clarissimos suis tēporibus viros scri
ptorum inops deleuit obliuio. Quāquaz
quid ipsa scripta proficiunt que cum suis
auctoribus premit lōgior atqz obscura ve
tustas. Hos vero immortalitatem vobis
propagare videmini: cum futuri famaz tē
poris cogitatis. quod si ad eternitatis in
finita spacia pertractes: quid habes q̄ de
nominis tui diuturnitate leteris. Anus
enim mora momenti si decem milibus cō
feratur annis: quoniam vtrumqz spaciuz
diffinitum est minimam licet habet tamē
aliquam proportionem. Et hic ipse nume
rus annorum: eiusqz quantumlibet mul
tiplex ad interminabilem diuturnitatem
nec comparari quidem potest. Etenim fi

sumitur. Et ideo fama & gloria in obliuionem perueniunt. vnde Salustius in catilis
nario conqueritur res gestas romanorum minus esse famosas propter inopiam scri
ptorum. Atbeniensium vero maioris fame q̄ romanorum propter scriptorum copiam.

Hos vero immortalitatem vobis. Hic philosophia ostendit famam & gloriam nō
esse durabilem & immortalem ex temporis breuitate dicens. Hos vero homines vide
mini vobis propagare id est facere immortalitatem: cum cogitatis famam futuri tem
poris. & in hoc frustra cogitatis: quia exilis est duratio fame per tempus: quod scilicet
licet tempus si pertractes id est compares ad infinita spacia eternitatis: quid habes
quod leteris de diuturnitate tui nominis id est tue fame. q. d. nihil est. eteiz mora vni
us momenti: si conferatur id est comparetur decem milibus annis habet aliquam p
portionez: licet minimam id est valde paruanam: quoniam vtrumqz spaciuz temporis est
diffinitum: sed hic numerus annorum scilicet decem milia vel eius numeri quantum
libet multiplex sicut duplum vel triplum: nec pro non potest comparari ad intermina
bilem diuturnitatem que est eternitas: etenim pro quia finitis ad se inuicem fuerit q̄
dam collatio id est comparatio: infiniti vero & finiti nulla vnq̄ poterit esse collatio id

b iij

hoc ex hominum obliuio
ne. secundo ex tēporis bre
uitate ibi. Hos vero. ter
tio ostendit gloriam a vis
ris virtuosus non esse ap
petendam ibi. vos aures.
Primo dicit q̄ fama & glo
ria non sit immortalis. p̄
quia q̄ multos viros cla
rissimos id est virtuosos
suis temporibus deleuit:
inops id est defectuosa ob
liuio scriptoz: quanq̄ eti
am ipsa scripta proficiunt
quid id est parit: que scri
pta longior & obscura ve
tustas tempis premit. .i.
consumit cum suis aucto
ribus quozū sunt scripta.

Nota q̄ per scripturas
fama gestorum transmit
tit ad posteris. talis autē
scriptura quandoqz defie
cit vel propter inopiam scri
ptorum: vel quia ipsa scri
ptura in se vetustate cons

*vero est vos hanc
videmus propagari
in multis locis
vobis dicitur*

Liber Secundus

est comparatio. Ita fit vt fama temporis quicunque prolixi si cogitetur comparando cum inexhausta id est infinita eternitate: ipsa videatur non parua: sed plane nulla esse

Nota omne quod incipit in tempore necessario habet finem in tempore: cum tempus sit causa corruptionis temporalium: quarto et hinc. cum igitur fama sit temporalis incipiens in tempore: ipsa desinet in tempore: et per consequens non est perpetua.

Nota quod tempus quicunque magnum comparatum ad eternitatem minimum reputatur et quasi nullius momenti. licet enim finitorum ad se invicem possit esse comparatio: et inter ipsa potest esse proportio: tamen finiti ad infinitum nulla potest esse comparatio. Cum igitur eternitas sit duratio infinita tota simul existens: et tempus quicunque magnum sit finitum: tempus nullam habebit proportionem ad eternitatem: et per consequens fama quicunque prolixi temporis comparata ad eternitatem nulla videtur esse.

Vos autem nisi ad populares aures. Sic Philosophia ostendit gloriam a viris virtuosis non esse curandam. et hoc duabus rationibus. Secunda ibi Quod autem est. Prima ratio est illa. Illud quod

spectat ad leuitatem arrogantie a sapientibus non est curandum: sed gloria propter quam homo recte facit propter laudes hominum illa spectat ad leuitatem arrogantie et est digna derisione: ergo et cetera. quod autem talis arrogantia sit quedam derisio declarat in littera et dicit. Vos homines nescitis recte facere nisi ad populares aures id est ad populorum complacentias et ad inanes rumores et laudes: et vos postulastis id est desiderastis premia de sermunculis alienis: relicta id est proposita: praestantia id est dignitate vestre conscientie et virtutis: propter quam deberetis recte operari: accipe id est contemderat: quam festine id est gloriose: aliquis illuserit id est deriserit quendam dicentem se esse philosophum in leuitate huiusmodi arrogantie. Nam cum quidam tyrannus esset aduersus: contumeliosus id est incepisset alloqui contumeliose quendam hominem qui induerat id est usurpauerat sibi falsum nomen philosophi non ad usum vere virtutis sed ad superbam gloriam: et tyrannus adiecisset id est dixisset se iam sciturum an ille esset philosophus: siquidem illatas sibi iniurias patienter leuiterque tolles

nitis ad se invicem fuerit quaedam infiniti vero atque finiti nulla unquam poterit esse collatio. Ita fit: vt quicunque prolixi temporis fama si cum inexhausta eternitate cogitetur: non parua sed plane nulla esse videatur. Vos autem nisi ad populares aures inanesque rumores certe facere nescitis: et relicta conscientie virtutisque praestantia: de alienis premia sermunculis postulastis. Accipe in huiusmodi arrogantis leuitate quam festine aliquis illuserit. Nam cum quidam esset aduersus hominem contumeliosus: qui non ad vere virtutis usum: sed ad superbam gloriam falsum sibi philosophi nomen induerat: adiecissetque iam se sciturum an ille philosophus esset: siquidem illatas iniurias leuiter patienterque tollerasset. Ille

rasset ille qui dixit se philosophum paulisper patientiam assumpsit scilicet in principio: et accepta contumelia a tyranno velut sibi insultans inquit ad tyrannum. intelligis ne me esse philosophum. tunc ille tyrannus mordaciter inquit. intellexeras te philosophum si tacuisses. Nota secundum commentatores in prologo. viij. phisicorum. verus philosophus debet esse perfectus omnibus generibus virtutum: et per consequens debet esse magnanimus: sed secundum Senecam in libro de clementia. magnanimitas est iniurias et offensiones superbi despiciere: et per consequens verbis contumeliosis provocari non debet. Item veri philosophi est non vinci a passionibus: sed potius debet moderare et refrinare passiones: cum virtus consistat in moderatione passionum. unde Aristoteles. iij. ethicorum dicit. Mansuetus vult imperterritus esse et non ductus a passione. unde quidam philosophus contumeliose sibi insultanti dixit. tu didicisti maledicere: sed ego didisci maledicta contemnere.

patientiam paulisper assumpsit: acceptaque contumelia velut insultans iam tandem inquit. Intelligis ne me esse philosophum. Tum ille nimium mordaciter. intellexeram inquit si tacuisses. Quid autem est quod ad precipuos viros. de his enim sermo est: qui virtute gloriam petunt. Quid inquam est quod ad hos de fama post resolutum morte suprema corpus attineat. Nam si quod nostre rationes credi vetant toti moriuntur homines: nulla est omnino gloria: cum is cuius ea esse dicitur non extet omnino. Sin vero bene sibi mens conscia terreno carcere resoluta celum libera petit: nonne omne terrenum negocium spernens qui se celo fruens terrenis gaudet exempta.

est quod ad precipuos viros. Dic philosophia ponit secundam rationem quae talis est. Homines virtuo-

si vel totaliter moriuntur corpore et anima: vel anima vivit post mortem. si totaliter moriuntur: nihil spectat ad eos de gloria post mortem. si anima eorum vivit post mortem: illa petit celum spernens omne terrenum negocium: et sic nihil ad eam de terrena gloria: ergo apud virtuosos homines nulla debet esse cura de gloria. Dicit ergo in littera. Quid est quod ad precipuos id est ad virtuosos viros attineat de fama post resolutum corpus extrema morte: quasi diceret nihil. de his enim viris est sermo nostrer: qui petunt id est querunt gloriam: virtute id est operibus virtuosus. Nam si homines toti moriuntur corpore et anima ut quidam putant: quod tamen nostre rationes id est philosophice rationes: vetant id est prohibent credit: quia secundum philosophiam anima intellectiva est immortalis: nulla est omnino gloria post mortem: cum iste omnino non extet id est non sit cuius ea gloria esse dicitur.

Sim vero mens bene conscia id est illesa: resoluta id est liberata: terreno carcere id est a corpore post mortem libera petit celum: nonne ipsa anima que celo fruens gaudet se exemptam terrenis: ipsa spernens omne terrenum negocium et per

Liber secundus

consequens terrenam gloriam quasi diceret sic. Nota quod ad virtuosos nihil spectat de fama nec in presenti vita nec in futura. non in presenti: quia dicit Seneca in proverbijs quod plurimi curant famam: pauci autem conscientiam, et tales pauci curantes conscientiam sunt virtuosus et philosophi; de quibus loquitur Boetius in fine tractatus de iudicio bono dicens. Pauci sunt viri honorandi sicut philosophi: qui contemunt desiderium sensus: et sequuntur desiderium intellectus. Plurimi autem sunt qui curant famam sicut sunt vulgares: qui relicta virtute conscientie propter laudes hominum recte faciunt: de quibus dicit scriptura. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Nec etiam fama spectat ad viros virtuosos in futura vita qui virtuosus si totaliter moriuntur nihil ad eos de fama. Si autem anima vivit post mortem: ista euolat ad celum et nihil curat de fama. spernit omne terrenum negocium: et potius gaudet quia est exempta a curis terreis: et gaudio celesti fruitur eternum.

Metrum septimum libri secundi.

Quicumque solam mentem precipiti petit
Summumque credit gloria:
Late patentem etheris cernat plagas:
Artumque terrarum situm
Breue replere non valentis ambitum
Pudebit aucti nominis.
Quid o superbi colla mortali iugo
Frustra leuare gestiunt.
Licet remotos fama per populos means
Diffusa linguas explicet.
Et magna titulis fulgeat claris domus.
Mors spernit altam gloriam.
Inuoluit humile pariter et celsum caput:

Metrum septimum secundi libri.

Quicumque solam mentem precipiti petit. Die incipit metrum septimum huius secundi quod dicitur archiloicum ab inventore: iambicum a pede predominante. et constat ex primo versu trimetro. secundo dimetro: in quo metro philosophia docet quomodo gloria sit contemnenda ex consideratione amplitudinis celi et strictitudinis terre dicens. Quicumque petit id est desiderat precipiti mentem solam gloriam quod pro et credit supple istam esse summum id est precipuum inter appetenda supple: iste cernat id est consideret: plagas etheris id est partes celi patentem: quod pro et artum situm terrarum id est strictum spatium terre in comparatione ad celum supple: ille pudebit id est verecundabitur: aucti nominis id est aucte fame sue non valentis replere breue ambitum id est paruum spatium terre. Et tunc exclamat dicens. O propter hoc miror quid id est propter quid superbi gestiunt id est cupiunt frustra leuare id est extollere colla sua mortali iugo id est mortali fama. licet enim fama diffusa means id est transiens per remotos populos explicet se linguas id est per linguas supple populorum. et licet magna domus tua id est nobilis parentela vel familia tua: fulgeat claris titulis id est laudibus: tamen mors spernit altam gloriam: et mors pariter id est simul inuoluit humile caput id est miserum hominem: et celsum id est nobilem vel diuitem: quod pro et mors equat infima summis nulli parcendo: quod declarat dicens. Ubi nunc manent ossa fidelis fabrij. Quid Brutus aut rigidus Catbo supple est: quasi dicat quod manet de

Adetrū septimus

gloria eorum post mortem vtiq; modicum: scilicet illud manet quod tenuis fama id ē
exilis: superstes id est manens signat mane nomen eorum pauculis litteris scriptis i
epitaphijs eorum: sed quid id est ad quid nouimus decora vocabula scripta: nunquid
datur id est intelligitur per ea supple ipsos esse consumptos id est mortuos: quasi dis
ceret imo .iacetis ergo mortui proorsus ignorabiles nec fama efficit supple vos notos

Equatq; summis infima.
Ubi nunc fidelis ossa ffabritii manēt.
Quid Brutus aut rigidus Latho
Signat superstes fama tenuis pauculis:
Inane nomen litteris.
Sed quid decora nouimus vocabula
Nū scire consumptos datur.
Iacetis ergo proorsus ignorabiles
Nec fama notos efficit.
Quod si putatis longius vitam trahi:
Mortalis aura nominis
Cū sera vobis rapiet hoc etiam dies
Iā vos secunda mors manet.

Prosa octaua libri secundi:

quenti anno Pirrhus obtulit sibi magnam pecuniam auri vt traderet sibi romanū im
perium. cui ait ffabritius. Roma non vult aurum: sed vult imperare habentibus aurū
propter hoc ipse dictus fuit fidelis ffabritius. dicitur etiam de ffabri. q; cū quidā ad
eum venisset promittens se Pirrhum regem occisurum si ffabritius sibi pecuniā aliquā
dare vellet. Ipse vero ffabritius hunc traditorem ligatum misit ad Pirrhum pro tali
scelere puniendum. cui tunc Pirrhus dixit. Possibilius est soles a suo tramite deuiare
q; ffabritiū a via recte rationis discedere. Nota q; Brutus fuit primus consul roma
nus qui amore libertatis et iusticie propter stuprū Lucrecie plurima egit: et multa bel
la pro romanis iur: propter quod etiam famosus fuit. Nota q; Latho dictus est ri
gidus propter rigorem animi qui ad nihil turpe flecti potuit: et tante iusticie fuit vt Lu
canus ipsum dijs cōpararet in iudicanda causa que fuit inter Julium cesarem et Pōs
peium dicens. Eligitur causa dijs placuit: sed victa Lathoni. et de hoc magis patebit
quanto huius prosa sexta.

Prosa octaua secundi libri.

frigida id est aque que frigide sunt: conueniant flammis id est ignibus: qui calidi sunt per unum elementum medium quod est aer: et arida id est terre que aride sunt conueniunt liquidis id est partibus aeris que humide sunt per elementum medium quod est aqua. Tu triplicis mediam nature cuncta mouentem. Hic philosophia ostendit sapientiam ex anime mundi productione. Ubi sciendum quod ista littera communiter exponitur ad intentionem Platonis in thimeo: sed quia ista expositio est difficilissima et modice utilitatis: ego eam pretermittam et ponam facilem expositionem que est de mente Aristotelis. Ad cuius euidenciam est norandum quod per animas mundi hic intelligitur intelligentia mouens orbem que per motum

virtutem suam influit inferioribus: et hec intelligentia dicitur media inter deum et animam humanam. Sicut enim in dignitate et perfectione exceditur a deo: sic ipsa excedit animam nostram. Norandum quod intelligentia huius mundi dicitur esse triplicis nature propter tres operationes: quas habet supple mouere orbem: intelligere deum: et intelligere seipsam. Norandum quod orbis celestes dicuntur consona membra intelligentie: quia per ipsos tanquam per organa et instrumenta intelligentia influit inferioribus. Licet enim intelligentia prima intentione moueat propter se: tamen secunda intentione mouet propter inferiora. His premisis littera plana erit. Unde dicit sic. Tu deus animam supple mundi que est intelligentia mediam supple inter deum et animam humanam: triplicis nature id est triplicis operationis mouentem cuncta supple inferiora per influxum: illam tu connectens resoluis id est distinguis eam: per consona membra id est per conuenientes orbis: que anima cum secta id est diuisa quantum ad operationes: glomerauit id est impressit motum in duos orbis supple in orbem primi mobilis: et in orbem planetarum: ipsa reditura id est reflexa: meat id est procedit in semetipsam supple intelligendo quod est una operatio: et ipsa circuit mentem profundam id est mentem diuinam deum intelligendo que est alia operatio: et ipsa conuertit id est mouet celum: simili imagine id est inlectione quod est tertia operatio eius. Adhuc nota. Licet corpora celestia sint diuersa: tamen ratione unitatis ordinis possunt dici unum corpus. Similiter intelligentie licet sint diuersae: tamen possunt dici una intelligentia propter unitatem ordinis in operatione mouendi: ergo dicit in singulari animam et non animas.

Tu causis animas paribus vitasque minores. Hic philosophia commendat sapientiam dei ex animarum nostrarum creatione dicens. O pater tu prouehis. id est producis animas hominum et minores vitas id est animas brutorum et plantarum paribus causis: quibus animam mundi produxisti: scilicet tu aprans sublimes id est animas rationales hominum: leuibus curribus id est celestibus stellis: tu seris eas in celum et terras id est in corpora terrena: quas animas conuersas reduci igne id est charitate reducete: facis reuerti ad te benigna lege id est ordinatione tua.

Nota quod anime bestiarum et plantarum dicuntur minoris vite respectu anime hominum: eo quod non habent tot nec ita perfectas operationes vite sicut anime hominum

Connectens animam per consona membra resoluis. Que cum secta duos motus glomerauit in orbis: In semet reditura meat mentemque profundam Circuit: et simili conuertit imagine celum.

De trā Nouis

Nota q̄ per leues currus secundum intentionem platonicoꝝ intelligit stellas cōpares curribus. Dixerunt enim platonici q̄ deus omnes aias simul creauit & seminauerit eas in celo delegendo eas stellis cōparibus a quibus postea dilabantur i cor pora: sed hec opinio nō valet. s. q̄ omnes anime simul sint create: imo omni die de no uo creantur: quibus creatis corporibus infunduntur. Dicuntur autem anime fieri i ce

Tu causis aias paribus vitasq; minores.
Prouehis & leuibus sublimes curribus
aptans. **In** celum terramq; seris quas le
ge benigna. **Ad** te conuersas reduci facis
igne reuertit. **Da** pater angustam menti
conscendere sedem. **Da** fontem lustrare
boni: da luce reperta. **In** te conspicuos
animi defigere visus. **Disiice** terrene ne
bulas et pondera molis.

lum propter virtutem ce
lestem: ex qua vnio anime
ad corpus contrahit suaz
periodum. licet anima a
deo producat in corpo
re: tamen vnio ex parte di
spōitionē corporaliuz de
pendet a virtute celesti: iō
dicit eas serī in celuz & in
terram: quia anime nō co
aptatur corporibus nisi
mediante virtute celesti.
vnde secunde phisicoꝝ.
homo enim hominem ge
nerat & sol. Nota q̄ de
animas creatas aptat les

uibus curribus id est stellis comparibus. quod sic potest intelligi: quia anima creata comparitatem & similitudinem habet cum stella. Sicut enī stella est nobilior pars sui orbis & est ppetua: sic aia rationalis perpetua existens est nobilior pars hominis. vel sic potest intelligi q̄ deus animas creatas aptat leuibus curribus id est rationi & intel lectui que dicuntur currus anime: qui ducunt homines in cognitionem rerū: quas ani mas serit in celum & terram: quia anima ratione & intellectu habet cognitionem ce lestium & terrestriuz. Nota q̄ per ignem reducem intelligit ardorez caritatis que ho minem auersum a deo vicijis fecit ipsum redire virtutibus. nisi enim homo deuz amet ipsum non querit: nisi querat non inueniet: nisi inueniat ad ipsum non reuertetur.

Da pater angustam. Postq̄ philosophia captauit beniuolentiam dei ipsum multi pliciter commendando: hic exprimit suam petitionem dicens. **Da** pater tu qui facis omnia predicta: da id est concede menti humane: conscendere angustam sedem id est nobilem sedem summi boni: da lustrare inuestigando inuenire fontem boni: id est deuz qui est fons omnis boni: da luce reperta id est cognitione prehabita in te defigere: scis licet per amorem: conspicuos visus id est claros intuitus: animi id est rationis & intel lectus. **Da** pater tu disiice id est disperge: nebulas id est obscuritates: & pōdera id est gra uitates: terrene: molis id est dilectionis terrene: atq; mica id est resplende tuo splendo re. tu nanq; es serenū quo supple omnia illustratur. Tu es tranquilla requies pijs sup ple mentibus: te cernere id est videre est finis supple omniū. Tu idem existens es prin cipium quia origo omnium rerum. Tu es vector quia uehis nos per gratiam quo p uenire non possumus per naturam. Tu es dux ducens ad errorem ignorantie ad verita tem sapientie. Tu es semitta cum sis via & veritas: & per te ad te ipsum peruenitur. Tu es terminus vltra quem nihil queritur: cum sis summum & perfectum bonum.

Nota q̄ sedes summi boni dicitur angusta id est subtilis: quia vix magno labore ad ipsam peruenitur. vel dicitur angusta id est nobilis: quia nihil sibi comparari potest. Item deum vocat fontem summi boni. sicut enim riuuli habent existere & fluere a fon

Libri Tertius

de et ipse a nullo: sic a deo omne bonum habet esse: ipse autem a nullo. Nota ad hoc quod sedes summi boni conscendatur: oportet quod investigetur: et quia non sufficit investigare si non inueniatur: nec inuenire si non diligatur: ideo philosophia petit per amorem rem defigi visum animi: scilicet rationem et intellectum in summum bonum. Nota quod quia intellectus et ratio impediuntur et obscurantur per affectionem et desiderium terrenorum: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam quando corpori est subiecta: ideo philosophia petit fugari nebulas terrene molis. et quia non sufficit fuga tenebrarum: nisi adsit lux illud minans: ideo petit illuminationem discens. Atque tuo splendore mica tu namque serenum. Tu requies tranquilla pius te cernere finis Principium vector dux semita terminus idem.

Prosa decima libri tertii.

Quoniam igitur que sit imperfecti que etiam perfecti boni forma vidisti: nunc demonstrandum reorum quoniam haec felicitas perfectio constituta sit. In quo illud primum arbitror inquirendum. An aliquod huiusmodi bonum: quale paulo ante diffinisti in rerum natura possit existere: ne nos preter rei subiecte veritatem cassa cogitationis imago decipiat: sed qui existat sicque hoc veluti quidam omnium fons bonorum negari nequit. Omne enim quod imperfectum esse dicitur: id inuentione perfecti imperfectumque esse per

Prosa decima libri tertij.

Quoniam igitur que sit imperfecti. Ista est decima prosa libri tertij: in qua philosophia ostendit ubi vera beatitudo sit constituta. et primo continuando probat beatitudinem perfectam esse in rerum natura. Secundo ostendit in quo sit vera beatitudo ibi. Quo vero. Primum dicit.

Boetii quoniam vidisti in precedentibus que sit forma imperfecti boni: et que sit forma perfecti boni: nunc reorum id est opinor esse demonstrandum: quoniam id est ubi haec perfectio felicitatis id est perfecta felicitas sit constituta: in quo supple inuestigando illud arbitror primum esse inquirendum. An aliquod huiusmodi bonum perfectum quale paulo ante scilicet octaua prosa diffinisti possit existere in rerum natura: ne cassa id est vana imago id est species cogitationis nos decipiat: preter veritatem subiecte rei id est existentis rei. Sed nequit negari quin existat in rerum natura perfectum bonum et perfecta felicitas: et hoc bonum sit veluti fons omnium bonorum: et tunc probat ipsum esse tali ratione. In quocumque genere est reperire imperfectum: in eodem est reperire perfectum: sed in genere rerum est reperire imperfectum bonum et imperfectam felicitatem.

patet ex precedentibus: ergo in rerum natura erit dare perfectum bonum et perfectam felicitatem. Hanc rationem pertrahat in littera et dicit. *Omne quod dicitur esse imperfectum: illud perhibetur imperfectum diminutione id est ex defectu perfecti: quo fit ut si in quolibet genere videatur esse quid id est aliquid imperfectum: in eo genere necesse sit aliquid esse perfectum. Tenim pro quia: sublata id est circūscripta perfectione nec*

perhibetur. Quo fit ut si in quolibet genere imperfectum quid esse videatur: in eo perfectum quoque aliquid esse necesse sit. Et enim perfectione sublata unde illud quod imperfectum perhibetur extiterit: nec fingi quidem potest. Neque enim a diminutis inconsummatisque natura rerum cepit exordium: sed ab integris absolutisque procedens in hec extrema atque effeta dilabitur. Quod si uti paulo ante monstravimus est quedam boni fragilis imperfecta felicitas: esse aliquam solidam perfectamque non potest dubitari. Boetius. *firmissime inquam verissimeque conclusum est.*

Philosophia. Quo vero inquit

tatem: quod concedens Boetius dicit firmissime et verissime conclusum est. Notandum quod in temporalibus et sensualibus non potest esse summum et perfectum bonum: et quia multi sunt qui non putant esse alia bona preter sensualia: ideo ne aliquis putet nullum esse perfectum bonum in rerum natura: philosophia primo antequam ostendat ubi sit situm perfectum bonum probat ipsum esse.

Notandum quod res subiecta est de qua habetur sermo et cognitio: sed dum cogitamus de re que non est: tunc est cogitatio cassa preter veritatem subiecte rei decipiens nos. ne autem talis cognitio videatur esse summi boni: ideo primo probat ipsum in rerum esse natura.

Notandum quod imperfectum non potest esse principium rerum: quia perfectum prius est imperfecti: principio autem non est aliquid prius: ex quo sequitur quod ubi est imperfectum: ibi est reperire perfectum.

Notandum quod est de venire ad aliquod perfectum a quo natura incipiens progreditur ad posteriora imperfecta cuiusmodi sunt hec inferiora que dicuntur extrema et effeta sunt ultima causarum non causa alijs inferioribus.

Quo vero inquit. Hic philosophia ostendit in quo perfectum bonum siue vera felicitas sit sita. Secundo concludit quoddam correlativum. Tertio movet dubitationem. Secunda ibi. Super hec. Tertia ibi. Atque in hoc quoque. Primo dicit vel

fingi potest unde illud extiterit id est esse habeat quod perhibetur imperfectum. neque enim natura cepit exordium a diminutis et inconsummatis id est ab imperfectis: sed natura procedens ab integris et absolutis id est a perfectis: dilabitur in hec extrema id est inferiora: atque effeta id est infructuosa. ex hoc ergo accipitur maior ratio in quocumque reperitur aliquid imperfectum: in eodem reperitur perfectum. Tunc subiungit minore dicens: uti prolicui paulo ante monstravimus que est fragilis boni et imperfecta felicitas: et ponit conclusionem dicens. ergo dubitari non potest esse aliquam solidam que pro et perfectam felicitatem

Liber Tertius

ostendit perfectam felicitatem esse in deo constitutam. Secundo ostendit per quem modum sit in deo ibi. sed queso. Primo ponit unam propositionem notat. Secundo ex ea probat intentum ibi. Ita vero. Primo dicit. Jam probatum est quod est dare perfectum bonum: quo vero id est in quo habiter id est later: illud perfectum bonum ita considera. Et tunc subiungit propositionem. Omnis conceptio communis humanorum animorum probat id est concedit deum esse bonum: et in principium omnium rerum. Et quod deus sit quod dicitur bonum probat per hoc: quia deo nihil melius excogitari queat id est potest: et quis dubitat illud esse bonum quo melius nihil est: quasi diceret nullus. Notandum quod deum esse principium omnium rerum omnes concedunt: sed quia pythagorici duo posuerunt esse principia rerum: unum bonum aliud malum: ne ergo aliquis occasione huius negaret deum esse bonum: ideo hoc probat ex eo quod nihil potest melius excogitari deo. unde dicit beatus Augustinus in libro de doctrina christiana. Omnes lingue sciētes:

cum aures eorum sonus tetigerit: quo profertur deus mouentur ad cogitandum excellentissimam quandam immortalem naturam. ita autem cogitatur deus ut aliquid quo nihil sit melius. Ita vero bonum esse deum ratio demonstrat et cetera. Sic probat intentum quod beatitudo siue perfectum bonum sit situm in deo tali ratione. Perfectum bonum est vera beatitudo: sed in deo est perfectum bonum: ergo in deo est vera beatitudo. Unde dicit in littera. Ratio ista demonstrat deum esse bonum: ut conuincat id est infallibiliter conducat in eo esse perfectius bonum. nam nisi deus sit tale scilicet perfectum bonum: non poterit esse principium omnium rerum. si enim non sit perfectum bonum erit aliquid prestantius eo possidens perfectum bonum: namque pro quia omnia perfecta claruerunt id est manifesta sunt esse priora: minus integris id est perfectis: quare ne ratio procedat in infinitum: consistendum est summum deum esse plenissimum summum et perfectum boni: et sic patet minor rationis: scilicet quod in deo est perfectum bonum. nunc probat maiorem dicens. Sed concessimus id est probauimus nona parte perfectum bonum esse veram beatitudinem: igitur restat concludere quod necesse est veram beatitudinem sitam esse in summo deo. Cui Boetius consentiens dicit. accipio id est concedo inquit: nec est quod villo modo queat contradici. Notandum quod si deus non esset perfectum bonum sed imperfectum: procederetur in infinitum: sic arguendo. Deus vel est perfectum bonum vel imperfectum: si perfectum habetur propositum: si

habitet: ita considera deum rerum omnium principem bonum esse: communis humanorum conceptio probat animorum.

Nam cum nihil deo melius excogitari queat: id quo melius nihil est bonum esse quis dubitat. Ita vero bonum esse deum ratio demonstrat: ut perfectum quoque in eo bonum esse conuincat. Nam nisi tale sit: rerum omnium principium esse non poterit.

Erit enim eo prestantius aliquid perfectum possidens bonum: quod hoc prius atque antiquius esse videatur. Omnia namque perfecta minus integris priora esse claruerunt. Quare ne in infinitum ratio procedat: confitendum est summum deum: summum perfectique boni

Prosa Decima

Imperfectum: ergo erit aliquid prius eo: cum perfectum si prius imperfecto. Illud ergo prius vel est perfectum bonum vel imperfectum: si perfectum illud erit deus et habebitur propositum. Si imperfectum erit aliquid prius eo: cum perfectum sit prius imperfecto. Iterum queritur de illo prius vel est perfectum bonum vel imperfectum: et sic procederetur in infinitum: vel dabitur deum esse perfectum bonum: et hoc innuit in

esse plenissimum. Sed perfectum bonum in veram esse beatitudinem constituimus. Veram igitur beatitudinem in summo deo sitam esse necesse est. Boeti. Accipio inquit: nec est quod contradici villo modo queat. Philosophia. Sed queso inquit te vide quod id sancte atque inuolabiliter probes quod boni summi summum deum diximus esse plenissimum. Boe. Quoniam inquit modo. Philosophia. Ne hunc rerum omnium patrem illud summum bonum quo plenius esse perhibetur: vel extrinsecus accepisse: vel ita naturaliter habere presumas: quasi habetis dei habiteque beatitudinis diuersam cogites esse substantiam. Nam si extrinsecus acceptum putes prestantius id quod dederit: eo quod acceperit existimare possis: sed hunc esse rerum omnium precellentissimum dignissime confitemur. Quod si natura quidem inest: sed ratione diuersum: cum de rerum principe loquamur deo fingat qui potest: quis hec diuersa coniunxerit. Postremo quod a quali

teris: quod pro et beatitudinis habite: et tunc improbat membra. primo quod deus non accepit summum bonum ab extrinseco dicens. Nam si putes bonum quod in deo est extrinsecus acceptum: tunc tu possis id est potes existimare esse prestantius id est melius illud bonum quod dedit: eo quod acceperit scilicet deo: quod est falsum: quia confitemur hunc precellentissimum omnium rerum. Tunc probat quod perfectum bonum in deo non est in ipso naturaliter tanquam differens a substantia sua dicens. Quod si natura id est per naturam inest deo summum bonum: sed est diuersum ab ipso ratione quiditas

littera cum dicit. Quare ne in infinitum ratio procedat. Sed queso te inquit. Dic philosophia ostendit per quem modum vera beatitudo sit in deo: quia non est in deo tanquam aliquid distinctum ab ipso sicut accidens a subiecto: sed est idem cum ipso: quod probat quattuor rationibus. secunda ibi. postremo. tertia ibi. omnino eim. quarta ibi. respice inquit. Primo premitit inquit summum cum quadam diuisione: cuius membra improbat dicens. Boe. queso te vide quod id sancte id est firmiter et inuolabiliter probes quod diximus summum deum esse plenissimum summi boni. et dicit Boe. Quomodo modo supple hoc probatur: tunc ponit philosophia diuisionem dicens. Presumas id est putas ne hunc patrem omnium rerum accepisse extrinsecus illud summum bonum quo perhibetur esse plenus: vel presumas ita naturaliter habere a se illud bonum: quasi cogites diuersam esse substantiam dei habentem

Liber Tertius

tiua: fingat qui potest qui & hac diuersa coniungerit scilicet deum & summum bonum: quasi dicat non est dare aliquem priorem ista diuersa coniungentem. Notandum quod ratio quam philosophia pretendit est ista. Summum bonum quod est in deo vel est acceptum ab extrinseco vel inest sibi naturaliter. si ab extrinseco aliquid erit prestantius & nobilius deo: quia dans summum bonum prestantius est recipiente ipsius. si autem inest deo naturaliter vel tanquam idem sibi vel tanquam diuersum ab ipso. si tanquam idem sibi: habetur propositum: si tanquam diuersum ab ipso: erit aliquid prius quod ista diuersa coniungit. talia autem fingere est difficile. Postremo quod a qualibet. hic philosophia ponit secundam rationem: quod summum bonum in deo non differt ab ipso. & est ratio talis. Illud quod est diuersum ab alio non est illud a quo est diuersum: si ergo summum bonum esset diuersum a deo: deus non esset summum bonum quod nequas est dicere. unde dicit in littera. Postremo illud quod est diuersum a qualibet re: illud non est illud a quo videtur esse diuersum: quare quod sui natura diuersum est a summo bono: illud non

est summum bonum: si igitur summum bonum ita sit in deo quod secundum naturam est diuersum ab eo: sequitur quod deus non sit summum bonum: quod nequas est cogitare de deo quo nihil constat esse prestantius.

Nota si aliquid esset in deo diuersum ab ipso: deus esset compositus & non essentie simplicis quod est falsum. Item quod est in deo diuersum ab ipso vel est accidens vel pars eius. non accidens: quia deus non est subiectum alicuius accidentis. si est pars eius cum pars precedat totum: aliquid erit prius deo: quod falsum est.

Omnino enim nullius rei natura. Hic philosophia ponit tertiam rationem que talis est. Illud quod est principium omnium formaliter est summum bonum: quia summum bonum non potest esse principiatum: sed deus est principium omnium: ergo formaliter est summum bonum. summum autem bonum est beatitudo: ergo deus formaliter est summa beatitudo. Unde dicit in littera. Omnino id est generaliter nullius rei natura poterit existere. i. esse melior suo principio. quare quod omnium sit principium sicut deus: illud etiam concluderim verissima ratione summum esse bonum sui substantia. i. per sui substantiam. cui assentes. B. di. rectissime inquit conclusus est: summum bonum esse beatitudinem processum est

bet re diuersum est id non est illud a quo intelligitur esse diuersum: Quare quod a summo bono diuersum est sui natura: id summum bonum non est: quod nequas est de deo cogitare quo nihil constat esse prestantius. Omnino enim nullius rei natura suo principio melior poterit existere. quare quod omnium principium sit: id etiam sui substantia summum esse bonum verissima ratione concluderim. Boetius. Rectissime inquit. Philosophia. Sed summum bonum beatitudinem esse concessum est. Boetius. Ita est inquit. Philosophia. Igitur inquit deum esse ipsam beatitudinem necesse est confiteri. B. Nec inquit propositis prioribus refragari queo. Et ab illis hoc illatum consequens esse perspicio.

Prosa Decima

Dicit Boe. ita est inq̄. Concludit ergo philosophia. igitur necesse est deum confiteri ipsam beatitudinem. dicit Boe. nec queo refragari id est resistere prioribus propositis id est premissis: et ego perspicio hoc illarum esse consequens ab illis id est ad illa.

Nota q̄ principium omnium rerum oportet esse summum bonum substantialiter: quia si aliquid aliud a principio esset summum bonum substantialiter sicut aliquid prin-

cipiarum: sequitur q̄ principium sit nobilius suo principio. nam bonum substantialiter nobilius est bono accidentaliter. Item si principium non est bonum substantialiter sed accidentaliter: cum omne quod est tale per accidens reducatur ad aliquid tale per se: tunc principium reduceretur ad aliquid et per consequens non esset principium. Respice inq̄ an hic. hic potest quartam rationem q̄ beatitudo in deo non differt ab ipso: si beatitudo differret a deo: cum utriusq̄ tam deus q̄ beatitudo sit summum bonum: essent duo summa bona quorum unum non esset alterum: et cum unum desit alteri neutrum erit perfectum et summum bonum: quia perfectum est cui nihil deest: ergo necesse est beatitudinem esse idem cum deo. vñ dicit in littera. *Bo.* respice an hinc quod modo dicam: illud quod pro-

Philosophia. Respice inquit an hic quoque idem firmus approbetur q̄ duo summa bona que a se diuersa sunt esse non possunt. Etenim que discrepant bona non esse alterum quod si alterum liquet: quare neutrum poterit esse perfectum cum alterutri alterum deest: sed quod perfectum non sit: id summum non esse manifestum est. Nullo modo igitur que summa sunt bona ea possunt esse diuersa. Atqui et beatitudinem et deum summum bonum esse collegimus: quare ipsam necesse est summam esse beatitudinem que sit summa diuinitas. Boeti. Nihil inq̄: nec re ipsa verius: nec rationatione firmius: nec deo dignius concludi potest. Philosophia. Super hec igitur inquit veluti geometre solent demonstratis propositis aliquid inferre que posita ipi vocat. Ita ego quoque tibi veluti correlarium dabo.

batum est firmius approbetur duo summa bona esse non possunt que sunt a se diuersa. Etenim liquet id est manifestum est q̄ bona que discrepant non esse alterum supplementorum bonorum quod sit alterum: quare cum alterum deest alterutri id est quare cum alterum alteri: neutrum poterit esse perfectum: cum perfectum sit cui nihil deest: sed manifestum est illud non esse summum bonum quod non est perfectum: igitur nullo modo possunt esse diuersa ea que sunt summa bona: atq̄ pro certe deum et beatitudinem collegimus esse summum bonum: quare necesse est ipsam naturam que sit diuinitas. i. naturam dei esse summam beatitudinem. quod Boetius approbans dicit. Nihil verius est ipsa re: nec rationatione firmius: nec deo dignius concludi potest. Notandum ex quarto obiecto: qd̄ per superabundantiam dei vni soli conuenit: cum igitur summum bonum dicat per superabundantiam: non erunt duo summa bona. Item si essent duo summa bona vel essent eiusdem speciei vel differret spes: si eiusdem speciei erunt equaliter perfecta: et unus erit

Liber Tertius

superfluum, si differunt specie vnum erit perfectius altero: quia impossibile est duas species esse equaliter perfectas: sed quod est imperfectius non est summū bonū: ergo nō sunt plura summa bōa. Sup̄ hec igit̄ inquit, Dic pb̄ia cōcludit ex dictis quādā conclusionem correlariā dicens. Super hec sc̄z predicta ego tibi dabo correlarium id est conclusionem correlariā: ita sc̄z sicut geometre aliquid solent demonstratis suis propositis inferre que illa ta ipsi vocant porismata id est apertiones. et tunc ponit correlariū: q̄ om̄nis beatus est deus quod sic infert: quia adeptione beatitudinis fiunt hoīes beati: beatitudo v̄o ē ip̄a diuitas vt pb̄atū ē: manifestū ē hoīes beāt̄s fieri adeptione diuinitatis: sicut adeptioē iusticie fiunt homines iusti: et adeptioē sapientie fiunt sapientes: ita necesse est adeptione diuinitatis esse beatos siue deos. Igitur omnis beatus est deus: sed natura quidem vnus deus est et non plures: participatione vero nihil prohibet plures deos esse. hanc conclusionem commendans Boetius dicit. Et pulchrum inq̄ hoc scilicet quod modo conclusisti atq̄ preciosum siue porisma siue correlarium: magis id est magis velis ipsum vocari. Notandum q̄ omnis beatus est deus: hoc probatur ex littera sic. Domines fiunt beati adeptione beatitudinis: sed beatitudo est diuinitas: ergo homines fiunt beati adeptione diuinitatis: sed adeptione diuinitatis aliquis efficitur deus: ergo omnis beatus ē deus. vel potest sic argui. Adeptione diuinitatis aliquis efficitur deus: adeptioē diuinitatis aliquis efficitur beatus: cum diuinitas sit idem cum beatitudine: ergo omnis beatus ē deus. Nota secundum Duguitionem porrus porri est subtile foramen in corpore p̄ quod sudor emanat. Inde porisma ris. id est apertio vel illuminatio sensus. dicuntur etiam porismata regule quas geometre proponunt ad aliquid ostendendum eo q̄ apertant et illuminēt mentem lectoris: et ipse allegat Boetius in hoc libro de hoc nomine porisma. Notandum secundum eundem Duguitionem a corona venit coronarium qd̄ est premium victoriae: vel premium belli: vel certaminis scilicet corona: vel aliquid aliud. vel coronarium est vnde aliquis meretur honorem: vel adipiscit̄ coronam. et etiam allegat Boetius in hoc loco de hoc nomine coronarium: sed communiter ipsum nominamus correlarium: et est correlarium conclusio sequēs ex premissis. Nota aliquis diceret. Si omnis beatus est deus cū plures sint beati plures erunt dii. Respondet Boetius. q̄ vnus ē deus naturaliter et essentialiter: sed participatiue scilicet participatione virtutis et immortalitatis possunt esse plures dii. Unde psalmista. Ego dixi dii estis et filij excelsi omnes. Item inuit philosophus. xij. methaphis. vbi sic concludit. Non valet pluralitas principum: sic ergo vnus princeps scilicet secundum naturam et essentiam. Ergo dicit Seneca. Vir speculatiuus est quasi deus in humano corpore hospis

nam quoniam beatitudinis adeptione fiunt homines beati. Beatitudo vero est ipsa diuinitas: diuinitatis adeptione fieri beatos manifestum est: sed vti iusticie adeptione iusti sapientie sapientes fiunt. Ita diuinitatem adeptos: deos fieri simili ratione necesse est. Omnis igitur beatus deus: sed natura quidem vnus: participatione vero nihil prohibet esse q̄ plurimos. Boetius. Et pulchrum inq̄ hoc atq̄ preciosum siue porisma: siue correlarium vo-

ratus. Pro quo ulterius notandum quod deus est quadruplex. Aliquis est deus nuncupative ut ydolum. Alius usurpative ut demones cultum dei sibi usurpantes ut dicit scriptura. Omnes dii gentium demonia. Tertius participative ut homines beatitudinem participantes. Quartus est deus natura habens essentie eternitatem immutabilitatem et comunicabilitatem. primis tribus modis possunt bene esse plures dii: sed non

quarto modo. Ultimo nota deitatem siue diuinitatem participare non est nisi immortalitatem impassibilitatem subtilitatem et agilitatem adipisci. Nam mortale additum nobis se parat nos a diis ut dicit Porphyrius: ergo adeptio immortalitatis erimus dii. Atqui hoc quoque pulchrum nihil est. Sic philosophia mouet circa predicta quandam dubitationem. secundo soluit eam. ibi. Cuius discretionem. primo dicit. Ex quo dicitur hoc correlarium esse pulchrum. atqui pro certo hoc quod iam dictum nihil est pulchrum: quod ratio persuadet esse annexendum his scilicet supra dictis. et dicitur Boetius. quid est pulchrum illud. dicit philosophia. Cum beatitudo videatur multa continere dubitatur utrum hec omnia coniungant id est con-

stituant veluti unum corpus beatitudinis quadam varietate partium: an sit aliquid eorum quod compleat substantiam beatitudinis ad quod cetera referantur. tunc Boetius petit hanc questionem magis elucidari dicens. Vellem inquit ut patefaceres illud quod queris commemoratione ipsarum rerum supple exemplificando. et philosophia condescendens Boetio. querit. Nonne censemus beatitudinem esse bonum. dicit Boetius. Certe summum bonum. cui philosophia. licet id est licitum est addas hoc scilicet summum omnibus his. nam beatitudo est summa sufficientia: eadem est summa potentia: et iudicatur esse summa reuerentia claritas et voluptas. dicit Boetius. quid igitur supple estimas dicendum. respondit philosophia. hecne id est nunquid hec omnia scilicet sufficientia potentia: quod pro et cetera sunt veluti quedam membra beatitudinis: an cuncta referunt ad bonum veluti ad verticem id est tanquam ad summam rationem appetendi omnia alia. Tunc Boetius. fatetur se intelligere questionem et prestolari eius solutionem dicens. Intelligo quid proponas inuestigandum: sed desidero audire quid constituas id est diffinas questionem dissoluendo. Notandum quod questio quam

Notandum quod questio quam

philosophia mouet est ista. vtrum predicta quinque scilicet sufficientia: reuerentia: et cetera constituent beatitudinem sicut diuersa membra vnum corpus. vel vtrum omnia sint eadem et referantur ad aliquid vnum: scilicet ad bonum quod ratio sit appetendi omnia ista. Notandum quia in beatitudine est summum bonum: et in beatitudine est sufficientia: reuerentia: potentia: gloria et iocunditas: ideo queritur an ista sint in beatitudine tanquam diuersa: aut ad vnum relata scilicet ad bonum ratione cuius appetuntur.

Nota ad primam partem questionis debet responderi quod non: quia membra vnum corpus constituentia debent esse inter se diuersa: vt statim probabitur in littera sequenti: si illa quinque sunt vnus vt probatum est: ergo non possunt esse partes beatitudinis constituentis ipsam sicut membra vnum corpus: etiam si sic sequeretur quod beatitudo seu deus non esset omnino simplex quod est impossibile.

Cuius rei discretionem hic philosophia soluit questionem. Et primo ostendit quod ista quinque non sunt partes et membra beatitudinis. Secundo ostendit quod omnia referantur ad bonum. ibi. Ad bonum vero. Primo intendit talem rationem. Membra constituentia aliquid vnum adinuicem debent esse diuersa: sed ista omnia quinque sunt idem: ergo non sunt membra et partes beatitudinis. Unde dicit in littera. Cuius rei supple posite in questione sic accipe discretionem id est discretam solutionem. Si hec omnia forent membra beatitudinis: tunc discrepant a se inuicem. Nec enim est natura partium vt diuersa componant vnum corpus. Atqui pro certo hec omnia quinque monstrata sunt idem esse supple in nona prosa. igitur minime sunt membra beatitudinis: sed si in eis saluetur ratio membri: omnia erunt vnum membrum: et tunc sequitur beatitudinem componi ex vno membro: quod est impossibile. et hoc est quod dicitur alioquin id est si aliter dicatur quod non sunt membra sed vnum membrum: videbitur beatitudo esse coniuncta ex vno membro quod fieri nequit. et dicit. Boetius. id quod dem modo conclusum est non est dubium: sed illud quod restat de veritate alterius partis questionis expecto.

Notandum quod beatitudo est diuinitas vt prius visum est: et quia diuinitas est omnino simplex et indiuisibilis: ex nullo potest esse constituta. cum enim constituens sit prius constituto: esset aliquid prius deitate quod absurdum est: ergo beatitudo non potest esse constituta ex pluribus membris vel ex vno membro. Ad bonum vero etc. Hic philosophia ostendit quod omnia referantur ad bonum tanquam ad causam propter quam appetuntur. Secundo ex dictis

Philosophia. Heccine omnia bona sufficientia: potentia: ceteraque veluti quedam beatitudinis membra sunt: an ad bonum veluti ad verticem cuncta referuntur. Boetius. Intellego inquam quid investigandum proponas: sed quid constituas audire desidero. Philosophia. Cuius rei discretionem sic accipe. Si hec omnia beatitudinis membra forent: se quoque inuicem discrepant. Hec est enim partium natura: vt vnum corpus diuersa componant. Boetius. Atqui hec omnia idem esse monstrata sunt. Philosophia: Minime igitur membra sunt: alioquin

Prosa Decima

Deducit quasdam conclusiones superius probatas ut melius intelligantur. Secunda sibi
Cuius vero causa. primo dicit. palam est cetera. i. quicquid supradicta ad que omnia ap-
petenda reducuntur ipsa referri ad bonum. idcirco eim petitur. i. appetitur sufficientia:
quod bonum esse iudicatur. idcirco potentia creditur: quod id etiam creditur esse bonum. idem licet con-
iectare. i. iudicare de reuerentia claritudine. i. claritate et iocunditate: et sic vniuersaliter

concludere quod bonum est sum-
ma. i. perfectio et causa om-
nium expetendorum. i. desi-
derandorum: quod declarat per
signum dicens. Illud enim
quod neque in re neque in simili-
tudine. i. apparentia vlti-
mus bonum retinet in se: il-
lud nullo modo potest expe-
ti. i. desiderari: et contrarium
illa que non sunt bona na-
tura. i. ex natura: tamen si
videantur. i. appareant esse
quasi vera bona sunt ap-
petunt: quo fit ut bonitas
iure credatur esse summa
atque causa omnium expe-
tendorum. Notandum
quod bonum est causa omni-
um desiderandorum: quia
deficiente ratione boni in
aliquo siue sit bonum secun-
dum apparentiam siue eri-
stentiam tollitur ratio ap-
petibilis. posita vero ratione
boni in aliquo siue secundum rem si-
ue secundum apparentiam ex quo
ipsum est appetibile: pro-
pter quod dicit Aristoteles
tertio de anima. motus
enim appetibile hoc
quidem bonum: hoc autem
apparens bonum. Cui

ex vno membro beatitudo videbitur esse
coniuncta: quod fieri nequit. Boetius. Ad
quidem inquam dubium non est: sed id quod
restat expecto. Philosophia. Ad bonum
vero cetera referri palam est. Idcirco enim
sufficientia petitur: quoniam bonum esse
iudicatur: idcirco potentia quoniam id quo
quod esse creditur bonum: idem de reueren-
tia claritudine iocunditate coniectare licet
Omnium igitur expetendorum summa at-
que causa bonum est. Quod enim neque re-
neque similitudine vllum in se retinet bo-
num. id expeti nullo modo potest. Contra
quod etiam que natura bona non sunt: tamen
si esse videantur quasi vera bona sunt appe-
tuntur. Quo fit ut summa cardo atque cau-
sa expetendorum omnium bonitas esse iu-
re credatur. Cuius vero causa quid expe-
titur: id maxime videtur optari. Veluti si
salutis causa quispiam velit equitare non tam
equitandi motum desiderat quam salutis effectum

ius vero causa. Sic ex dictis philosophia deducit quasdam conclusiones prius pro-
batas ut melius intelligantur. et sunt due. Prima est quod bonum et beatitudo sunt idem
Secunda quod deus et bonum idem sunt. deducens ergo primam conclusionem dicit.
Illud maxime videtur optari cuius causa: quid id est aliquid: expetitur id est deside-
ratur: ut si causa salutis id est sanitatis: quispiam id est aliquis velit equitare: non tam
id est non tantum desiderat motum equitandi: quam id est quantum desiderat effectum sa-
lutis id est sanitatis. Cum igitur omnia petantur. i. appetantur gratia boni: illa non
potius desiderantur ab omnibus quam ipsum bonum: sed nos concessimus beatitudi-
nem esse propter quas cetera optantur: quare sola beatitudo tanquam finis omnium aliorum
m iij

Libri Tertius

desiderantur: ex quo liquido id est manifeste apparet esse eandem substantiam ipsius boni et beatitudinis. Boetius enim assentiens isti deductioni dicit. nil video cur quispiam possit dissentire. Notandum quoque proprietates per se est eadem: necesse est illa esse eadem. cum igitur bonum et beatitudo habeant unam et eandem per se proprietatem erunt eadem. Nam per se proprium est beatitudini quod omnia propter eam desiderantur. similiter illa proprietates est boni quod omnia appetuntur quia bona: ergo bonum et beatitudo sunt idem.

Notandum quod illud magis appetitur cuius causa aliquid appetitur. quia illud propter quod aliquid appetitur prius est in causando motum desiderij: quod illud quod appetitur propter aliud: quod causa primaria prius influit quam secundaria: et ideo illud propter quod aliquid appetitur prius influit desiderio quam illud propter quod appetitur propter aliud sicut finis plus influit quam ordinata in finem: et hoc declarat per exemplum in littera de sanitate que plus appetitur quam actus equitatis difactus propter sanitatem.

Sed deus. Dicitur philosophia ex conclusione prius probata deducit secundam scilicet deum et bonum esse idem secundum substantiam. et dicit. et monstrauimus deum et veram quod pro et beatitudinem esse idem atque unum. dicit. B. ita est inquit. Ex quo concludit philosophia dicens. igitur secure licet concludere substantiam dei esse sitam in ipso bono nec usque alio id est alibi.

Nota quod ex prima conclusione inferitur secunda accipiendo primam conclusionem pro maiore arguendo sic. Bonum et beatitudo sunt idem secundum substantiam: sed deus est non a beatitudo: ergo deus et bonum sunt idem secundum substantiam.

Metrum decimum tertii libri.

Uc oēs pariter venite capti:
Quos fallax ligat improbis cathēis
Terrenas habitans libido mētes

Metrum decimum libri tertij.

Uc omnes pariter venite capti. Istud est metrum decimum huius tertij quod dicitur valenticum ab inuatore: et est undecasyllabum constans ex spondeo et dactilo et duobus vel tribus trocheis: quia ultimo loco potest poni spondeus vel trocheus: in quo metro philosophia postquam ostendit in quo sit summa beatitudo: hortatur ad istam beatitudinem peruenire dicēs. Omnes capti quos fallax libido id est fallax delectatio habitans id est possidens terrenas mentes ligat improbis cathenis id est victiosis cu

De trum Decimū

piditatibus: venite pariter huc. i. ad summum bonum quod est firū in deo. Tūc ostēdit vtilitatem veniēdi ad illud bonū dicēs. Dic. i. in isto bono qđ est de' erit vobis requies laborum cum ipse sit premiū in hac vita laborantiū. hic est portus id est securitas manens placida quiete. hoc est asilum. i. domus refugij: vnū id ē solū: qz tantū ad decum est tutū refugij: patens id est apertus miseris. tūc cōparat istud bonū ad bona

Hic erit vobis requies laborum
Hic portus placida manens quiete.
Hoc patens vnum miseris asiluz
Non quicquid tagus aurei arenis:
Donat: aut herinus rutilante ripa
Aut indus calido propinquus orbi:
Candidis miscens virides lapillos.
Illustrant aciem: magisqz cecos
In suos condunt animos tenebras
Hoc quicquid placet excitatqz mētes:
Infimus tellus alluit cauernis:
Splendor quo regitur vigetqz celum
Vitiat obscuras anime ruinas.
Vanc quisqz poterit notare lucem
Candidos p̄hebi radios negabit.

Prosa vndecima tertij libri.

profundo terre gignūtur metalla 7 gemme. Tūc ostendit vtilitatez boni quod est deus in quo est vera beatitudo dī. Splendor id est beatitudo splendens quo splendore regitur celum: ille vitiat obscuras ruinas anime: quia splendor 7 obscuritas se non cōpatiuntur in eodem. quisquis ergo poterit notare id est notam habere hanc lucem: ipse negabit id est non curabit: candidos radios p̄hebi id est solis. Notandum propter litteram q̄ asilum secundum Dugutionem dicitur domus refugij quam Romulus fecit. ab a quod est sine 7 silon quod est tactus quasi sine tactu: quia nō erat p̄has ibi aliquem tangere vel offendere. Notandum secundum Isidorum libro etymologi. Tagus est fluuius quem carthago byspanie sic nuncupavit ex quo procedit copiositas arenis auriferis: 7 ob hoc ceteris fluuijs byspanie est preclarus.

Notandum secundum Dugutionem q̄ herinus est fluuius asie qui campos smirneos secatur fluctibus: 7 est plenus aureis arenis. Indus autem secundum Isidorum est fluuius orientis qui rubeo mari excipitur a quo india nuncupatur abundans margaritis 7 smaragdīs.

Prosa vndecima tertij libri.

temporalia: ostendēs bōa temporalia esse damnosa: quia sui cupiditate obrebrant animas dī. Quicquid dōat tagus fluuius iste aureis suis arenis: q̄c quid donat herinus fluuius rutilante id est splendēte sua ripa: aut indus fluuius a quo dicitur india propinquus calido orbi: qz vicinus torride cone. indus inq̄ cōmiscens lapillos virides id est smaragdōs: cādidi id est margaritis supple oīa illa nōn illustrant aciem supple mētis: sed magis condunt id est inuoluūt cecos animos ī suas tenebras id ē ignorantias veri boni: hoc scilicet bonuz temporale q̄c quid id est quodcūqz placet: qz pro 7 excitat mētes ad cupiditatem: illud rebus alluit infimis cauernis id est profundis: quia in

Liber Tertius

Assentior inq̄. Ista est undecima proſa huius terciij: in qua philoſophia indi-
cit Boetium in cognitionem quorundam qui prius faſſus fuit ignorare: ſcilicet
quis ſit finis omnium rerum: & quibus gubernaculis mūdus regatur. Pri-
mo ducit ipſum in cognitionem primi. ſecundo ſecundi in ſequenti proſa. primo phi-
loſophia inueſtigat diſſinitionem boni. ſecundo ex hoc oſtendit quis ſit finis omnium
rerū. ibi. & illa nimius. pri-
mo premittuntur quedā.
Secūdo philoſophia ag-
greditur propoſitum ibi.
Nonne inquit. primo Bo.
aſſentiēs predictis dicit.
Aſſentior inq̄: ſcilicet iam
dictis. Cuncta enim con-
ſtant nexa firmiſſimis ra-
tionibus: quia demōſtra-
tiuis. & philoſophia inq̄
Quanti ſcilicet precij eſti-
mabis ſi agnoueris quid
ſit ipſum bonum. Reſpō-
dit Boe. Inſiniti ſc̄z pre-
cij inq̄ eſtimabo: ſiquidē
mibi parit̄ cōtigat agno-
ſcere deum qui bonus eſt.
dicit philoſophia. Atqui
pro certe hoc patefaciam
veriffima ratione: manebunt
id eſt cōcedantur: mo-
do id eſt tātummodo que
concluſa ſunt pauloante.
& dicit Boeti⁹. manebūt
ſine omni contradictione
in ſui veritate. Notā
duz q̄ ad probandum ali-

quam concluſionem oportet principia manere in ſui veritate & ea concedi. ſi enim ne-
garentur: non poſſet ex eis deducti concluſio. volens ergo philoſophia ex his que con-
cluſa ſunt tanq̄ ex principijs concludere quid ſit bonum: dicit hoc velle facere manē-
tibus his que probata ſunt. & dicit Boetius q̄ manebunt in ſui veritate.

Nonne inquit monſtrauimus ea. Sic philoſophia aggreditur intentum oſtende-
ndo quid ſit bonum: & intendit probare iſtam concluſionem. Bonus eſt illud quod om-
nia appetunt: quam probat tali ratione. vnum & bonum ſunt idem: ſed omnia appet-
tunt eſſe vnum: ergo omnia appetunt bonum. Circa iſtam rationem ſic procedit. Pri-
mo probat maiorem. Secundo minorem. Tertio reſumpta maiore inferit concluſio-
nem. Secūda ibi. Noſti ne igitur. Tertia ibi. Eſt ne igitur. probat ergo maiorem q̄
vnu & bonū ſunt idē per modū q̄ſtionis. Et primo querit dicēs. Nonne ſupra moſtras-
uimus in nona proſa ea q̄ appetūtur a pluribus: ſupple ſufficiētia reuerētia potētia
idcirco. nō eſſe vera bōa & p̄fecta qm̄ discreparēt a ſe inuicē ſup. eo mō quo appetūt

Prosa Decima

a pluribus et cum alterum abesset alteri non posse afferre plenum et absolutum bonum quod nullo indigeat. tunc supple ante monstrauimus unum verum bonum fieri: cum colliguntur in unam formam beatitudinis: atque efficientiam id est in unam causam efficientem scilicet deum: ut que sit sufficientia: eadem sit potentia et reuerentia: claritas et iocunditas. nisi vero omnia sint unum et idem monstratum est ea nihil habere quo nu-

merentur id est computentur: inter expectanda id est desideranda. et dicit Boetius. Demonstratum est inquit nec villo modo dubitari potest. Alterius querit philosophia. illa que cum discrepant minime sunt bona: et cum ceperint esse unum sunt bona. Nonne hec contingit fieri bona adeptione unitatis? dicit Boetius. Ita videtur esse inquit. Et subdit philosophia. Sed omne quod est bonum participatione boni: concedis esse bonum: an minime? Et dicit Boetius. Ita est. Tunc philosophia ex concessis concludit maiorem dicens. Igitur simili ratione oportet ut concedas unum et bonum esse idem. et confirmat illam conclusionem per locum ab effectu dicens. Namque eadem est substantia eorum quorum non est naturaliter diuersus effectus: quia idem in quantum idem natum est facere idem. Boetius concedens dicit. Negare inquit nequeo.

No. ex littera sic probat quod unum et bonum sint idem. Quocumque non sunt bona nisi quia sunt unum illa non sunt bona adeptione unitatis: sed omnia sunt bona adeptione unitatis: ergo unum et bonum idem sunt. Vel aliter arguitur sic. Omnia sunt bona adeptione bonitatis: omnia sunt bona adeptione unitatis: ergo bonum et unum idem sunt. Aliam rationem innuit in littera dicens. Illa sunt unum quorum non est diuersus effectus: quia idem in quantum idem non facit nisi idem: ex secundo de generatione: sed unius et boni non est diuersus effectus: quia effectus vtriusque est bonum: ergo sunt idem. et hec conclusio patet ex quarto methaphisice. vbi Aristoteles: vult quod bonum et unum conuertantur.

Nosti ne igitur omne quod est. Hic philosophia probat maiorem scilicet quod omnia appetunt esse unum per talem rationem. Unumquodque tandem manet atque subsistit quod diu est unum: sed omnia naturaliter appetunt manere et subsistere: ergo omnia appetunt esse unum. Illius rationis primo declarat maiorem, secundo maiorem, ibi.

merentur id est computentur: inter expectanda id est desideranda. et dicit Boetius. Demonstratum est inquit nec villo modo dubitari potest. Alterius querit philosophia. illa que cum discrepant minime sunt bona: et cum ceperint esse unum sunt bona. Nonne hec contingit fieri bona adeptione unitatis? dicit Boetius. Ita videtur esse inquit. Et subdit philosophia. Sed omne quod est bonum participatione boni: concedis esse bonum: an minime? Et dicit Boetius. Ita est. Tunc philosophia ex concessis concludit maiorem dicens. Igitur simili ratione oportet ut concedas unum et bonum esse idem. et confirmat illam conclusionem per locum ab effectu dicens. Namque eadem est substantia eorum quorum non est naturaliter diuersus effectus: quia idem in quantum idem natum est facere idem. Boetius concedens dicit. Negare inquit nequeo.

Nosti ne igitur omne quod est. Hic philosophia probat maiorem scilicet quod omnia appetunt esse unum per talem rationem. Unumquodque tandem manet atque subsistit quod diu est unum: sed omnia naturaliter appetunt manere et subsistere: ergo omnia appetunt esse unum. Illius rationis primo declarat maiorem, secundo maiorem, ibi.

Liber Tertius

est ne igitur. Tertio resumpta maiore concludit intentum. ibi autem inquit. Primo ergo declarans maiorem quod unumquodque tandiu manet quodiu est unum. dicit. Nosti o Boeti. omne quod est tandiu manere atque subsistere quodiu sit unum. et cum destiterit esse unum pariter contingit dissolui atque interire. Querit Boeti. Quonam modo. philosophia declarat in exemplo dicens. in animalibus hoc patet cum anima et corpus in unum coeunt atque permanent unum: illud unum vocatur animal. cum vero hec unitas dissoluitur separatione utriusque supple anime et corporis: liquet id est manifestum est animal interire et non iam esse animal. Ponit aliud exemplum ipsius etiam corpus humanum cum permanset in una forma coniunctione membrorum: tunc videtur id est videtur humana species: sed si partes corporis distribute et segregate id est separate ab invicem distraherent unitatem corpus desinit esse quod fuerat. eodem modo percurrenti cetera proculdubio patebit unumquodque subsistere id est permanere dum est unum. cum vero desinit esse unum interire videtur. et dicit Bo. Minime inquit videtur mihi aliud consideranti plura. Nota quod aliquis diceret non videtur quod esse et esse unum sint eadem: quia mali sunt: et tamen non sunt unum probatio: unum et bonum sunt idem ut iam probatum est: sed mali non sunt boni: ergo non sunt unum. Ista ratio soluitur ex quarto huius negando maiorem: quia philosophia quarto huius probat malos non solum non esse potentes: sed simpliciter non esse. Unde mali bene sunt mali: sed quod simpliciter dicantur esse non est verum: sicut homo mortuus simpliciter non est homo: et de hoc videbitur in quarto. Est ne igitur inquit. Hic philosophia probat seu declarat maiorem scilicet quod omnia appetant esse et permanere. et primo ostendit hoc. Secundo probat

Eadem namque substantia est eorum quorum naturaliter non est diversus affectus. B. Negare inquit nequeo. Phi. Nosti ne igitur inquit omne quod est tandiu manere atque subsistere quodiu sit unum: sed interire atque dissolui pariter atque unum esse destiterit. Boetius. Quonam modo. Phi. philosophia. Et in animalibus inquit cum in unum coeunt ac permanent anima corpusque id animal vocatur: cum vero hec unitas utriusque separatione dissoluitur: interire nec iam esse animal liquet: ipsum quoque corpus cum in una forma membrorum coniunctione permanent: humana videtur species. Atsi distribute segregateque partes corporis distraherent unitatem: desinit esse quod fuerat. Eodem modo percurrenti cetera proculdubio patebit subsistere unumquodque dum unum est: cum vero esse desinit interire. B. Consideranti inquit mihi plura minime aliud videtur. Phi. philosophia. Est ne igitur inquit quod in quantum naturaliter agat relicta subsistendi appetentia venire ad interitum corruptionemque desideret.

Prosa Undecima

Nota secundum Aristotem. ij. metra. et commentatore tertio celi et mundi. Non omnes accipiunt veritates per eundem modum: tum propter diuersas consuetudines: tum propter diuersas naturas: tum propter paucitatem instructionis in logica. **U**bi quidam recipiunt veritatem per modum demonstrationis. quidam per modum auctoritatum. quidam per modum fabularum. ut ergo philosophia talibus satisfiat: aliqui demonstrationibus: aliqui auctoritatibus utitur: aliqui fabulas interserit sicut in proposito. **N**otandum quod orpheus dicitur vates: quia carmina composuit. dicitur autem vates a vi metris vel a video. **N**otandum quod trenara dicitur quasi lamentabilia a trenus treni quod est lamentatio: et trenarus in singulari numero est nomen cuiusdam motus: in quo dicitur esse via ad infernum. in plurali numero trenara significat loca infernalia: sicut dicitur buxigui. **C**ommuniter autem inuenitur istud nomen scriptum sine. r. in prima syllaba. et dicitur trenara vel tenar? sicut in doctrinali. tenar? inferni. tum Hug. scribit totum p. r. ut trenar? et trenara. **U**bi forsitan ex vicio scriptorum quibus subtrahitur. r. **S**tupet tergemini? nouo. **D**ic ostendit quomodo Orpheus monstrum inferni placauit dicitur. **F**aitor inferni qui dicitur cerberus quasi vorator carniu: ille tergemini? id est huiusmodi tria capita carna capi? fuit: nouo carie. id est melodia prius iudicia: et stupet. id est

admiratur. Tunc ostendit quomodo alia monstra placuerit dicēs q̄ tres furte infer-
nales: Zesiphone: Alecto: Megera: que sunt vltices scelerum inferentes metuz pec-
catoribus: iste lachrymabantur propter dulcedinē cythare. vnde dicit dee id est furte
vltices scelerū id est peccatorum: que dee agitant id est vexant: fontes id est peccato-
res: metu id est timore: iste iam meste madent id est fluunt lachrymis. Tunc tangit

Umbzarum dominos rogat;
Stupet tergeminus nouo
Captus carmine ianitor.
Que fontes agitat metu
Vltices scelerum dee
Jam meste lachrymis madent:
Non Ixionuz caput
Velox precipitat rota
Et longa siti perditus
Spernit flumina tantalus:
Vultur dum satur est modis:
Non traxit titii iecur.
Tandem vicinur arbiter
Umbzarum miserans ait
Donamus comitem viro.
Emptam carmine coniuges.
Sed lex dona coherceat.
Me dum tartara liquerit
Iphas est lumina flectere.
Quis legem dat amantibus.

remissionem pene quorū-
dam in inferno. et primo
ixionis. Ubi sciēdū q̄ Ixi-
on voluit concubere cum
Iunone. cū autē Iuno in-
terponeret Nubem Ixion
proiecit semē in Nubē: ex
quo nati sunt centauri. ip-
se autem adiudicatus in
inferno continuo voluitur
in rota que rota stetit Or-
pbeo modulante. vnde di-
cit velox rota nō precipi-
tat id est nō defecit caput
Ixionū. i. Ixionis supple
Orpbeo canēte. Tūc tan-
git remissōez pene Tātali
vbi nota q̄ tantalus dicit
lacerasse proprium filium
dans eū dijs ad comeden-
dum qua dānatus fuit.
Dicitur autē in inferno ha-
bere aquā vsq; ad mentū
et poma pendētia ante os
et tū deficere siti et fame. cū
eniz vult sumere aquā vel
pomū fugiunt ab eo. iste
Tantalus spreuit flumina
Orpbeo canente. vnde di-
cit Tantalus perditus. i.
consumptus: longa. i. ma-

gna siti spernit flumina. tunc ostendit remissionē pene Titij. vnde sciendū est q̄ Titij
voluit concubere cū Laona matre Appollinis que Appollo interfecit et in infernū re-
legauit: cur? iecur vultur deuorat. Orpbeo autē canēte vultur cessauit lamare iecur ei?
vnde dicit. Duz vultur est satur modis. i. modulationib? Orpbei: nō traxit. i. nō lanta-
uit iecur Titij. Tandē vicinur arbiter. Sic ostēdit quomō Orpbeo vxor sua cōces-
sa fuit et quō eā perdidit dicēs. tandē arbiter id ē iudex vmbzar: iste miserās id ē mis-
sercordiā habēs ait nos vicinur: donam? id ē restituim? viro. s. Orpbeo comitē con-
iugem: emptam id est cōparatam carmine suo: sed lex id est cōditio coherceat ista doz-
na: ne phas sit sibi deducēti vxorem flectere lumina id est oculos respiciēdo vxorez dū
liquerit id est reliquerit tartara. Et nunc exclamat dicēs. Quis dat id est imponit le-
gem amantibus: quasi dicat. amor nō debet coherceri lege: quia amor maior lex est libi

Libert Tertius

Id est amor maior est lege. et subdit. heu propter terminos noctis id est inferni **D**ipheus **E**uridicez uxorem suam vidit respiciendo a tergo: eam perdidit ab inferis non du-
cendo: occidit in inferno eam relinquendo. Notandum quod apud inferos arbiter
id est iudex umbrarum dicitur adamandus qui cogit animas ad fatendum peccata
commissa: et unicuique secundum merita sua penam distribuit. Iste adamantus dicit.
donemus viro coniuges.

Notandum quod amor non
potest lege coherceri. nam
ex intenso amore homo se
pius transgreditur leges:
et amor fortior est ad ali-
quid implendum quam lex ad
coherendum. ideo dicit.
quis legem dat amanti-
bus: maior lex est sibi: qua
si diceret propter quod lex
amor datur amanti-
bus: cum per se lex dura sit ama-
re. Vos hec tabula re-
spicit. Hic philosophia
applicando fabulaz ad p-
positum hortatur nos vi-
tare impedimentum con-
templationis summi boni.

et dicit. **O** homines quicumque queritis id est vultis ducere: mentem id est mentis con-
templationem: in supernum diem id est in supernam claritatem hec fabula iam di-
cta respicit vos: quia ad vestram informationem inducitur. Nam qui victus affectu ter-
renorum flexerit lumina id est oculos rationis: et intellectus in tartareum specus id est
in terrena que ducunt ad tertenam profunditatem. Quicquid precipuum id est bo-
num trahit laborando: illud perdit dum videt inferos id est dum intendit terrenis et
temporalibus que sunt infima. Nota quod concupiscentia et affectus terrenorum im-
pediunt contemplationem summi boni. Unde Boetius in tractatu de summo bono
dicit. Inordinata concupiscentia multos impedit a summo bono. Quosdam enim per
gratiam sequi videmus. Quosdam enim delectationes sensuales. quosdam enim de-
sideria auri et argenti: exceptis paucis viris honorandis philosophia: qui contem-
nunt sensus desideria et sequuntur desideria intellectus. et prope finem eiusdem tracta-
tus dicit. philosophus maxime delectatur in primo principio in contemplatione sue
bonitatis. et hec sola recta est delectatio. hec enim est vita philosophorum sine qua ne-
mo vivit vita recta. et subdit. philosophum autem voco omnem hominem viventem
ordine nature: tendens in alta et finis vitam: qui acquirit ultimum finem et optimam
vite humane: qui est deus gloriosus. benedictus in secula seculorum. Amen.

Maior lex amor est sibi.
Heu noctis prope terminos.
Dipheus erudicem suam
Vidit perdidit occidit.
Vos hec fabula respicit.
Quicumque in supernum diem
Mentem ducere queritis.
Nam qui tartareum in specus
Victus lumina flexerit.
Quicquid precipuum trahit:
Perdit dum videt inferos.

Explicit liber Tertius de consolatione Philosophie.

Hec cum philosophia dignitate vultus. Hic incipit quartus liber de consolatione philosophie cuius hec est prosa prima: in qua philosophia assignat causas quare mala concedantur in regno dei: cum omnium rerum rector bonus existat scilicet deus: et probat bonos semper esse potentes: et malos impotentes: et sicut vitia nunquam sunt sine pena: ita virtutes nunquam sunt sine premio. Probat etiam quod omnis

fortuna tam prospera quam adversa bonis est ad perfectum: malis autem ad interitum. Etiam probat quod omnia que fiunt a deo recte fiunt et alia plura sicut patebit. et dividit iste liber in quattuordecim partes: quia septem sunt prose et septem metra huius quarti: de quibus patebit in processu. Primo ergo ostendit Boetius quomodo intentionem philosophie adhuc parantis plura dicere interrupit proponendo causas sui doloris. Secundo philosophia permit

Libri quarti prosa prima.

Hec cum. Philosophia. Dignitate vultus et oris gravitate servata leuiter suaviterque cecinisset. Tum ego nondum penitus insiti meroris oblitus intentionem dicere adhuc aliquid parantis abrupti. et inquam verum quia luis que huc usque tua fu

tit sibi perfectam curam. Tertio dat modum curandi ipsum. Secunda ibi. Tum illa et esset. Tertia ibi. Et quoniam. Et quarto prosequitur intentionem ipsum curando in sequenti prosa. ibi. Tum ego. Primo ostendit quomodo interrupit intentionem philosophie volentis plura loqui. Secundo probat causas sui doloris. Secunda ibi. Sed ea ipsa est. Primo dicit cum philosophia cecinisset id est decantasset: hec scilicet predicta: servata leuiter id est delectabiliter: quod pro et suaviter id est dulciter: servata dignitate id est reuerentia: vultus scilicet sui: et gravitate oris id est sermonis supple sui. Tum id est post hoc ego scilicet Boetius nondum id est non adhuc: oblitus id est inemor penitus id est omnino: insiti meroris id est intrinseci doloris: ego Boetius abrupti. id est interrupti: intentionem id est propositum philosophie: parantis id est intendens dicere adhuc aliquid: et inquam id est dico: preuia id est preambula: veri luminis id est perfecte cognitionis: scilicet illa que tua oratio id est tuus sermo: fudit id est locutus est: hucusque id est ad istum librum quartum: patuerunt id est manifesta fuerunt: indicta id est insolubilia: tum id est aliquando: diuina speculatione id est sancta contemplatione: tum id est aliquando sui scilicet ipsius: tum id est aliquando tuis rationibus id est demonstratio nibus: sed ea id est illa predicta: et si pro quibus: oblita mihi nuper id est aliquando ob dolore in iurie supple quam propeffus sum a Theodorico rege gottorum: non tamen dixisti proffus id est oio hec. scilicet predicta: ignorata id est ignota: antebac. id est hucusque. Nota quod dignitas est honesta et imperiosa auctoritas. Dicitur autem philosophia habere dignitatez vultus propter sui honestatem: quia secundum Tullium. sola sapientia est que meretur honores: et propter sui auctoritatem que digna est imitatione. etiam philosophia dicitur esse gravis ore id est stabili sermone: quia sermones philosophici firmitate rationum sunt stabiliti: Notandum cum philosophia ostendisset quid sit summum bonum et in quo situm sit: et fecisset exhortationem ad illud querendum, intendebat ostendere modum quo ad illud peruenitur: sed antequam

expleret illam intentionem Boetius velut avidus ad sciendum quedam quorum ignorantia detinebat ipsum in merore interrupit intentionem philosophie volentis plura dicere. Notandum quod philosophia dicitur preuia veri luminis: quia ipsa clarificat animam et trahit eam ab obscuritate ignorantie ad lucem sapientie et ad claritatem intellectus: ex libro de pomo Aristotelis. Vel ideo dicitur preuia veri luminis: quia per ipsam tanquam per vias homo peruenit ad cognitiones veri luminis quod est deus: quia scribitur in libro de pomo quod per philosophiam homo cognoscit suum creatorem qui de nihilo fecit omnia: qui est inceptor omnium inceptorum et omnium principiorum principium. et ibidem scribitur oportuit ut philosophia mitteretur ad instruendum ignorantes: et eos qui non cognouerunt suum creatorem. Sed ea ipsa est vel maxima. Sic Boetius proponit causas sui meroris dicens. Sed ea ipsa est causa nostri meroris et maxima causa quod cum rector rerum scilicet deus bonus existat vel esse mala omnino possint vel pretereant impunita: quod saltem si nullum aliud: incoueniens sequeretur consideranda quanta sit dignum admiratione: atque pro se habet ad iungitur id est additur aliud maius supple admirandum: nam pro quia imperante id est precipiente et florente id est vigente: nequitia id est nequitiosis hominibus: virtus id est homo virtuosus non solum: id est non tantum caret premiis: verumetiam ipsa virtus subiecta id est subiecta calcatur pedibus id est potentis: sceleratorum id est malorum. et ipsa virtus luit id est patitur: supplicia id est penas: in locum facinorum id est viciosorum loco: que scilicet predicta fieri id est permitti: in regno id est in mundo scientis omnia scilicet dei et potentis omnia: sed volentis et intendentis tantummodo bona nemo satis nec admirari nec conqueri potest id est querimoniam facere. Nota quod mala fiunt in mundo. patet quia ratio semper deprecatur ad bonum. cum ergo mali non regantur iudicio recte rationis: sed vincantur passionibus ire et concupiscentie: ideo deficiunt a bono. Item superabundantia et defectus sunt de genere malorum: cum virtus consistat in medio. cum igitur in pluribus sit superabundantia et defectus: patet quod mala sunt in mundo. Cum autem omnia dependant a deo celum et tota natura et deus essentialiter sit bonus: mirabile est quomodo mala esse possunt vel saltem permaneant impunita.

dit oratio: cum sui speculatione diuina tuis rationibus inuicta patuerunt. **E**aqz mihi et si ob iniurie dolores nuper oblita: non tamen ante hac prozsus ignorata dixisti. Sed ea ipsa est vel maxima nostri causa meroris: quod cum rerum bonus rector existat vel esse omnino mala possint vel impunita pretereant. Quod solum quanta dignum sit admiratione profecto considera: at huic aliud maius adiungitur. Nam imperante florenteque nequitia virtus non solum premiis caret: verumetiam scelera sceleratorum pedibus subiecta calcatur: et in locum facinorum supplicia luit. Que fieri in regno scientis omnia potentis omnia: sed bona tantummodo volentis dei: nemo satis potest nec admirari nec conqueri. **¶**

Prosa prima

Nota ꝑ quia boni attingunt finem omnium rerum scilicet summum bonum: ideo sunt potentes: mali autem quia hoc ipsum attingere non possunt sunt impotentes. Et quia Boetii in primo libro sexta prosa dicit se ignorare quis sit finis omnium rerum: ideo putabat bonos esse impotentes malos autem potentes. et de hoc Boetius amiratur: ut patet in littera: et ista est una causa sui doloris.

Tum illa. et esset inquit infiniti stuporis omnibusque horribilius monstris sicuti tu estimas in tanti velut patrifamilias dispositissima domo vilia vasa colerentur: preciosa sordescerent. Sed non ita est. Nam si ea que pauloante conclusa sunt inconuulsa seruantur: ipso de cuius nunc regno loquimur autore cognosces semper quidem potentes bonos esse: malos vero abiectos semper atque imbecilles: nec sine pena vniquam esse vicia: nec sine premio virtutes: bonis felicia: malis semper infortunata contingere. Multaque id genus que sopitis querelis firma te soliditate corroborent. Et quoniam am vere formam beatitudinis me dudum mon

Tum illa. et esset inquit. Dic philosophia promittit Boetii. perfectam curam que consistit in pertractatione huius materie dicens. Boetii et est infiniti stuporis id est ammirationis: et esset horribilus omnibus monstris id est deformitatibus: si in dispositissima id est in ordinatissima domo scilicet in mundo tanti patrifamilias scilicet dei colerentur id est honorarentur: vilia vasa. id est mali homines: et si preciosa vasa id est boni homines: sordescerent id est vilescerent sicut tu estimas: sed non est ita. nam si ea que pauloante conclusa sunt seruantur inconuulsa id est integra in sui veritate: tu autore id est doctore ipso deo de cuius regno nunc

loquimur cognosces semper bonos esse potentes: malos vero impotentes: nec vniquam vicia esse sine pena: nec sine premio esse virtutes: et cognosces bonis semper contingere felicia et malis infortunata: et cognosces multa id genus id est huius generis que corroborent te firma soliditate: sed contra aduersitatem fortune querelis tuis sopitis id est remotis. Notandum sicut postea patebit omnia que fiunt recte fiunt a deo. cum igitur ordo iusticie requirat vicia puniri virtutes remunerari: si mali remanerent impuniti et boni irremunerati: esset sic peruersus ordo in domo dei: scilicet in mundo quod est horribilius omnibus monstris. Et quoniam vere formam. Dic philosophia dat modum curandi ipsum Boetium dicens. Quoniam dudum scilicet in tertio libro vidisti formam vere beatitudinis me monstrante id est docente: omnibus decursis id est pertractatis que puto necessarium pretermittere: ostendam tibi viam que te tenebat id est reducat domum id est ad cognitionem vere beatitudinis: et ego affigam id est apponam tue menti: pennas id est rationes quibus mens possit se tollere in altum ut de pulsa perturbatione contingente tibi ex affectu bonorum temporalium: reuertaris iospes in patriam meo ductu mea semita meis vehiculis id est meis rationibus demonstrabilibus. Nota ꝑ per penas quas philosophia promittit affigere menti Boetij intelligitur speculatio rationis et intellectus: virtus et sapientia. sicut enim avis volando in altum deducitur auxilio penarum: sic mens humana speculatione rationis et

intellectus virtute et sapientia erigitur in contemplationem summi boni.

Metrum primum quarti libri.

Sunt etenim pene volucres mihi. Istud est primum metrum quarti libri: cuius primus versus dicitur metrum alexandricum ab inventore: dactylicum a pede predominantante. secundus versus dicitur metrum archiloicum ab inventore: iambicum a pe-

de predominantante: in quo metro propheta ostendit viam per quam pervenitur ad cognitionem summi boni: et est per considerationem creaturarum que gradatim sunt transcendende: quousque inventatur aliquid quod premineat omni creature: et ista via tradit sub similitudine avis volantis. Primo ergo tradit viam qua mens perveniat ad cognitionem summi boni. Secundo ostendit quid mens iudicabit cum illic pervenerit. secunda ibi. huc te. Primo dicit dixi quod affigam penas menti tue. Sunt etenim mihi pene volucres. id est veloces scilicet virtus et sapientia que transcendunt id est penetrant: celsa id est alta poli. Quas scilicet penas cum mens velox sibi induit id est assumit: ipsa perosa. id est odio habens terras despicit eas querendo ulterius creatorem: et mens superat globum id est spericum: corpus immensum si aeris cognoscendo quod ultra aerem est creator. Nubes videt post tergum: quod

frante vidisti. quo etiam sita sit agnovisti decursus omnibus que pretermittere necessarium puto: viam tibi que te domum reuehat ostendam. Penas etiam tue menti quibus se in altum tollere possit affigaz: ut perturbatione depulsa: sospes in patriam meo ductu: mea semitta: meis etiam vehiculis reuertaris.

Metrum primum libri quarti.

Sunt etenim pene volucres mihi
 Que celsa conscendant poli
 Quas sibi cum velox mens induit
 Terras perosa despicit
 Aeris immensi superat globum
 Nubesque post tergum videt
 Quique agili motu calet etheris
 Transcendit ignis verticem
 Donec in astriferas surgat domos
 Iphiboque coniungat vias

ultra nubes querit cognitionem summi boni: et transcendit verticem id est summitatem ignis: qui ignis calet ex agili id est veloci motu: etheris id est celi: et ulterius procedit mens inuestigando: donec surgat id est eleuetur in domos astriferas id est in orbem planetarum: et coniungat vias suas ipse id est soli inuestigando quod sol non est deus: donec comitetur iter gelidi sensus id est saturni qui est supra solem. mens inquam existens miles chorulci syderis id est dei qui est splendidum syderis: et ulterius ascendit supra orbem planetarum: donec recurrat id est pertranscat circulum: astrum id est celum stellatum: quo scilicet astro pingitur id est ornatur micans nox: quia nox stellis firmamenti illuminatur: ubi id est postquam satis fuerit exhaustum id est specus

Adetrum primus

lacione euacuatum q̄ nulla stellarum est deus: mens vltterius transcendit: donec relin-
quat extimum polum id est vltimum celum: q̄ pro 7 premat dorfa velocis etheris id
est firmamenti: scilicet compos id est potens verendi luminis scilicet dei. hic supra vl-
timum polum dominus regum tenet sceptrum id est imperium: 7 temperat id est mo-
deratur: habenas id est regumina orbis: 7 supple manens stabilis in se regit volucres

Aut comitetur iter gelidi senis
Miles coruscus syderis
Vel quocunq; micans nos pingitur
Recurrat astri circulum
Atq; vbi iam exhaustum fuerit satis
Polum relinquat extimum
Dorsaq; velocis premat etheris
Compos verendi luminis.
Hic regum sceptrum dominus tenet
Orbisq; habenas temperat:
Et volucrum currum stabilis regit
Rerum coruscus arbiter.
Huc te si reducem referat via
Quam nunc requiris immemor
Hec dices memini patria est mihi.
Hinc ortus hic sistam gradum
Quod si terrarum placeat tibi
Noctem relictam visere:

id est velocem: currum id
est circulem morum cor-
porum celestium: deus exi-
stens coruscus arbiter id
est splendidus iudex rerū.

Notandū q̄ dicit ignē
calere motu celi: ex quo vi-
detur q̄ calor non sit pro-
pria: 7 per se q̄litas ignis
cum sibi debeatur per mo-
tum celi. Sed dicendum
q̄ locus non soluz est cau-
sa conseruatiua locati: sed
omnium accidentium na-
turaliter consequentium.
Unde quia celum est loc⁹
ignis non solum est causa
ipsius ignis: sed etiam ip-
sius caloris ignem conse-
quēris. 7 quia propria di-
spolitio celi secundū quā
habet caliditatem super
omnia est motus eius: id
dicit ignem calere motu
celi: nō excludens per hoc
quin calor per se sit qualis
tas ignis.

Notandum q̄ saturnum vocat gelidum senem: non q̄ sit gelidus formaliter sed ef-
fectiue. Est enī effectiuis gelu 7 frigoris. 7 dicitur senex: quia motus eius tardus est
ad modum senis. nam cursum suum complet pluri tempore q̄ sol vel luna. Duc te
si reducem. Sic ostendit philosophia quid mens iudicabit: cum transcendit creatu-
ras 7 peruenit in cognitionem dei dicens. O mens si via referat id est ducat te: redu-
cem id est reuertentem a temporalibus: huc id est ad cognitionem dei: quam viam
nunc immemor requiris. tu dices. Ego memini que obnubilata fuit affectu temporalis-
sum. Sic scilicet in contemplatione dei est mihi patria. hinc scilicet a deo est ortus
meus: quia ad eius imaginem creata. hic sistam id est in contemplatione dei figam
gradum id est ponam finalem quietem. Quod si placeat tibi existenti in cognitione
dei visere id est cum desiderio videre noctem terrarum relictā: tu cernes. i. videbis: tor-
uos tyrānos id est crudeles principes quos miseri populi timēt illos toruos esse exu-
les a vera patria sua. Notandum secundum apostolum. Non habemus hic ma-
nentem patriam: sed futuram inquirimus. hec enim est vera patria a qua aīa rōnalis

Liber Quartus

per creatorem a deo extulit: ad quam nisi reuertatur esse quod a deo accepit affectione terrenorum deturbata proorsus amittit. propter quod dicit in secundo metro tertij libri. Repetunt proprios queq; recursus. Reditu suo singula gaudent. Nec manet vlls traditus ordo. Nisi quod fini iunxerit ortum. Stabilemque sui fecerit orbem.

Prosa secunda quarti libri.

Uam ego pape in
q̄. Dic incipit secū
da prosa huius quarti. Cir
ca quam est sciendum q̄
philosophia in primo lis
bro sexta prosa inuestigā
do causam et radicem infir
mitatis Boetii. cognouit
q̄ Boe. ex ignorantia finis
rerum malos homines po
tentes: bonos vero impo
tentes putabat. Item q̄
ignorabat quibus guber
naculis mundus regatur
fortuitarum vices estima
bat fluitari sine rectore. qz
vero philosophia iam oī
dit quid sit finis rerum a
quibus gubernaculis mū
dus regatur: Nunc philo
sophia vult adhibere. B.
perfectam curam remouē
do dolores in quos Boe
tius incidit ex ignorantia

premissarum. Et primo philosophia hoc petit. et philosophia secundo illud prosequitur. ibi. primum igitur. Dicit primo. Tum igitur scilicet finito sermone philosophie. Ego Boetius inq̄. Pape ē admirantis. O philosophia tu magna promittis: nec dubito quin possis efficere id est in effectum producere: tu modo ne moreris id est nō protrahas me quē excitaueris scilicet ad audiendum. Notandum q̄ sapiens nihil promittit quod adimplere non possit: quia opus sapientis est non mēiri. ergo dicit Boe. phie. Sicut magna promittis non dubito quin efficere possis. Namū igitur inquit Dic philosophia prosequitur intentum. et primo probat bonos semper esse potentes et malos impotentes: cuius oppositū putabat Boetius. Et tangit primo modum quem vult hoc ostendere. Secundo ostendit et probat intentum suuz rationibus. ibi. Duo sunt. primo dicit. O Boetii primum licebit vt agnoscas bonis semper adesse potentiam et malos esse desertos id est priuatos cunctis viribus quorum alteruz scilicet bonis semper adesse potentiam demonstratur ex altero scilicet ex hoc q̄ mali sunt viribus deserti. et huius causam subdit dicens. Nam cum bonum et malum sint contraria si bonum esse potens constiterit: liquet id est manifestum fuerit: imbecillitas id est impotentia mali. atsi fragilitas clarescat mali: firmitas boni nota est. Sed vti pro sicut abundantiō sit fides nostre sententiē alterutro calle id est vtraq; via procedam confidens mans propolita: nunc hinc scilicet ex firmitate boni nunc inde ex fragilitate mali.

Quos miseri toruos populi timent
Lernes tyrānos exules.

Prosa secunda quarti libri:

Uam ego pape inq̄ vt magna pro
mittis nec dubito quin possis effi
cere: tu modo quem excitaueris ne
moreris. P. Primum igitur inquit bo
nis semper adesse potentiam: malos cun
ctis viribus esse desertos agnoscas lice
bit: quorum quidam alterum demonstra
tur ex altero. Nam cum bonum malūq;
contraria sint: si bonum potens esse con
stiterit: liquet imbecillitas mali, atsi fragi

Notandum q̄ philosophia dictum suum q̄ si boni sunt potentes mali sunt impo-
tentes: fundat super considerationem topicam: si propositum in proposito & opposi-
tum in opposito: ut si sanitas est bona egritudo est mala: dicit q̄ velit p̄cedere utraq̄
via ex potentia bonorum probando impotentiam malorum: & ex impotentia malorum
potentiam bonorum: quia si tantum unum istorum probarer: & ex hoc reliquuz conclu-

litas clarescat mali: boni infirmitas nota
est: sed uti nostre sententie fides habundā-
tior sit alterutro calle procedam: nunc hīc
nunc inde proposita cōfirmās. Duo sunt
quibus omnis humanorum actuum con-
stat effectus: voluntas sc̄z ac potestas: quo-
rum si alterutruz desit: nihil est quod expli-
cari queat. deficiente enim volūtate: ne ag-
greditur quidē quisqz quod non vult: ac si
potestas absit voluntas frustra fit: quo fit
ut si quem videas velle adipisci quod minī-
me adipiscatur: hīnc obtinēdi quod volue-
rit defuisse valentiam dubitare nō possis.
Boeti. *Perpicuum est inq̄: nec vllō mo-
do negari potest. Philosophia. Quēz ve-
ro effecisse quod voluerit videas: num eti-
am potuisse dubitabis. Boeti. Adnime.
Philosophia. Quod vero quisqz potest
in eo validus: quod vero nō potest in hoc*

deret per locum a contras-
rijs: esset argumentum ve-
rissimile & non necessariū:
& ideo utramq̄ partē vult
p̄bare & ex utroq̄ reliquū
cōcludere. Duo sunt q̄
bus oīs. Sic philosophia
probat intentum rationis
b^o. Secūdo excludit quā-
dam dubitationē ibi. S^z
possunt. tertio confirmat
principale intentuz aucto-
ritate Platonis ibi. Ex q̄s
bus omnibus. primo pro-
bat bonos semper esse po-
tētes: malos impotentes
duabus ratioibus. Secū-
do ad idem ostendendum
concernat breues ratios
ibi. sed quoniam te. P̄ia
in duo secundum duas ra-
tōnes. Secūda ibi. Rurs-
sus inquit. P̄imo premit-
tit duo necessaria ad p̄i-
mam rationē. Secūdo
ex his arguit ibi. Omnes
igitur boies. P̄imo p̄es-
mittit unum necessariuz.
secūdo aliud ibi. Idem

nisi igit̄. primo dicit. Duo sunt principia quibus constat id est permanet omnis effe-
ctus humanorum actuum: sc̄licet voluntas: ac pro & potestas: quorum si alterum desit
nihil est quod queat effectu explicari id est fieri: quod declarat. deficiente enim volun-
tate nullus effectus productur: quia nullus aggreditur quod nō vult: ac si potestas ab-
sit voluntas frustra fit: quo fit id est ex quo sequitur: ut si videas quēz id est aliquē velle
adipisci quod minime adipiscatur: non possis dubitare hūc defuisse valentiam id est
potentiam obtinēdi quod voluerit. & ideo dicit Boetius perpicuum est: nec vllō mo-
do negari potest. & iubdit philosophia. Quēz vero videas effecisse quod voluerit: nū-
id est non dubitabis eum: licet potuisse non habuisse potentia. Et dicit Boetius. Ad-
nime. Tunc philosophia concludit tanq̄ manifestum ex dictis dicens. Illud quod
quisqz potest: in eo est validus id est potens: quod vero non potest: in eo est cense-
ndus id est iudicandus: imbecillus id est impotens esse & dicit Boetius. fateor inq̄.

Notandum q̄ philosophia dicit nullus aggreditur quod non vult. Contra autē

nolens interficit hominem vel ledit hominē: ergo aliquis aggreditur quod non vult. Itē aliquis cogitur facere aliquid contra voluntatē suam: et sic aggreditur quod non vult. Dicitur quod philosophia loquitur hic de effectu spontaneo: qui ex intentione procedit: non de eo qui casu contingit. unde dicendum ad primum quod voluntas potest comparari vel ad ipsam actionem quam aliquis primo aggreditur et sic non deficit voluntas:

vel potest comparari ad consequens illam actionem: et sic potest deficere voluntas: ut si aliquis nolens hominem interfecit. Ad secundum dicendum, illud quod quis coactus facit est voluntariū mixtum: tamen simpliciter est involuntarium. aliquis enim coactus magis hoc vult facere quam sustinere penam vel perdere vitam: et ita respectu talis defectus non deest voluntas: sed quantum ad actum interiorē voluntas semper libera est et cogi non potest.

Ad ministrum igitur inquit. Dicit philosophia premitte secundum utile ad rationē: et est resumptio quorundam prius dictorum dicēs. Ad ministrum ne esse collectū id est conclusum superioribus rationibus omnem intentionem humane voluntatis festinare id est tendere ad beatitudinem: que voluntas agit ut id est ducitur diversis studiis. Respondet Boetius. Ad ministrum inquit illud esse demonstratum. Item querit philosophia. Nunquid recordaris beatitudinem esse ipsum bonum quod pro et eo modo desiderari bonum ab omnibus: cum beatitudo petitur id est desideratur. Respondet Boetius. Ad ministrum me recordor: quoniam pro quia illud teneo fixum id est stabilitum memorię.

Notandum quod recordari est aliquid reducere ad memoriā quod per oblivionem est elapsum a memoriā: et quia beatitudinem esse ipsum summum bonum non exciderat a mente Boetii. sed semper remanebat in habitu: ideo dicit se non recordari de hoc: sed in memoriā tanquam fixum tenere. Omnes igitur homines. Dicit philosophia arguit ex dictis probas bonos esse potentes et malos impotentes tali ratione. Quicumque adipiscuntur quod volunt sunt potentes: et qui non adipiscuntur quod volunt sunt impotentes ex primo preambulo: sed boni adipiscuntur quod volunt. scilicet summum bonum: mali licet velint non adipiscuntur ipsum quod si mali adipiscerent summum bonum non essent mali: ergo boni sunt potentes: mali impotentes. unde dicit in littera. Omnes homines boni pariter et mali nituntur peruenire ad bonum indiscreta intentione id est indivisa intentione, dicit Boetius. Ita consequens est

imbecillis esse censendus est. Boetius. Fateor inquit. Philosophia. Ad ministrum igitur inquit superioribus rationibus esse collectum intentionem omnem voluntatis humane que diversis studiis agit ut ad beatitudinem festinare. Boetius. Ad ministrum inquit id quoque esse demonstratum. Philosophia. Non recordaris beatitudinem ipsum esse bonum: eoque modo cum beatitudo petitur ab omnibus desiderari bonum. Boetii. Ad ministrum inquit recordor: quoniam id memorię fixum teneo. Philosophia. Omnes igitur homines boni pariter ac mali indiscreta intentione ad bonum peruenire nituntur. Boetius. Ita inquit consequens est. Sed certum est adaptione boni bonos

Prosa secunda

ad dicta subdit philosophia certum est bonos fieri adeptione boni. Certum est dicit Boetius. Igitur concludit philosophia boni adipiscuntur quod appetunt id est volunt. dicit Boetius sic videtur. Et dicit philosophia. si mali adipiscerentur bonum quod appetunt non possent esse mali. ita est. dicit Boetius. Igitur concludit philosophia. Cum utriusque petant bonum; si hi scilicet boni illud adipiscantur; illi vero mali minime non est dubium bonos esse potentes. qui vero mali sunt imbecilles id est impotentes. Respondit Boe. Quisquis id est quicumque dubitat de hoc non potest considerare naturam rerum: nec consequentiam rationum. Notandum quod quia veritas propositio- num fundatur super naturam rerum: quam qui negat veritatem propositionum non potest considerare consequentiam rationum: quia consequentia rationum supra veritatem propositionum fundatur. ideo dicit Boetius. Qui dubitat de premissis non potest considerare naturam rerum: nec consequentiam rationum.

fieri. Boetius. Certum. Philosophia. Adipiscuntur igitur boni quod appetunt Boeti. Sic videtur. Philosophia. Ad ali vero si adipiscerentur quod appetunt bonum mali esse non possent. Boetius. Ita est. Philosophia. Cum igitur utriusque bonum petant: si hi quidem adipiscantur: illi vero minime: non dubium est bonos quidem potentes esse: qui vero mali sint imbecilles: Boetius. Quisquis inquit dubitat: nec rerum naturam: nec consequentiam potest considerare rationum. Philosophia. Rursum inquit si duo sint: quibus idem secundum naturam propositum sit: eorumque unus naturali officio id ipsum agat atque perficiat: alter vero naturale illud officium minime administrare queat: alio vero modo quam nature convenit: non quidem impleat propositum suum: sed imitetur implentem: quem horum valentiozem esse decernis. Boetius. Et si coniecto inquam quid

minime queat administrare id est adimplere illud officium naturale: vero pro sed alio modo quam nature convenit non impleat propositum: sed imitetur implentem: quem horum duorum decernis id est iudicas esse valentiozem id est potentiozem. dicit Boetius. et si pro quamvis: coniecto id est considerem quid velis: tamen ego desidero plantus audire de te. Tunc philosophia declarat sibi in exemplo dicens. Non negabis motum ambulandi hominibus inesse secundum naturam. dicit Boetius. Minime nego. Et philosophia. Etiam non dubitas eius rei id est actus ambulandi esse officium naturale pedum. dicit Boetius. Nec hoc dubito. Et philosophia. Si quis igitur ambulat valens incedere pedibus: alius autem cui hoc officium delit manibus nitens id est laborans ambulare conetur: quis horum potest existimari valentior. dicit Boetius

Rursum inquit. Dic philosophia ponit secundam rationem dicens. Si sint duo quibus sit idem propositum id est eadem intentio faciendi aliquid secundum naturam et unus eorum agat id ipsum: et perficiat ipsum naturali officio. id est naturali organo: alter vero

o iij

Liber Quartus

contere cetera: quasi diceret prode in rōne tua: qz nullus ābigit quin potens naturalis officij sit valentior: eo qui nequeat id est nō potest in idem officium. Tunc philosophia isti propositioni premisse tanq̄ maiori adiungit vnam minores dicens. Sed summum bonum quod eque bonis & malis est propositum: boni quidem petunt id est adipsi cūtur officio naturali scilicet virtute: mali vero conantur ad ipsi idipsum p̄ variā cupiditatem rerum temporalium quod non est officium naturale adipiscendi boni. An tu o Boe. existimas aliter. Qui Boeti? Adime inq̄. & B. quasi precurrendo p̄cludit principale intentum dicens. Nam etiam illud quod est consequens patet mihi. ex his enim que concesserim necesse est bonos esse potentes malos vero imbecilles id est impotentes. Et philosophia applaudens Boe. dicit. Recte inquit precurrens: & illud ē signum sicut medici solent sperare iudicium id ē signum erecte nature: & nature resistens supple ipsi morbo.

Notandum q̄ ex littera formatur talis ratio. quando duo intendunt aliquid propositum naturalis quod id propositum consequitur officio naturali ē potēs & quod nō consequitur illud propositum naturalis officio est impotens: sed tam boni q̄ mali naturas liter tendunt ad beatitudinem: & boni ipsam consequuntur naturali officio scilicet virtute: mali autem non: ergo boni sunt potentes: mali vero impotentes. Notandum circa vltimum q̄ medici solent accipere signa pronostica sanitatis ex egro quando patiens erigit se & per se mittitur fortiori remedio: sic in Boetio signum erat conulescentie & sanitaris q̄ ipse rationem philosophie remediante: quasi precurrens per se complent. Sed quoniam te. hic philosophia coaceruat quasdam alias rationes breues ad propositum ostendendum: & sunt quattuor rationes. secunda ibi. Considera

velis planius tamen audire desidero. **P.** Ambulandi inquit motum secundum naturas esse hominibus num negabis. **Boetius.** Adime inq̄. **P.** Eiusq̄ rei pedum officium esse naturale non dubitas. **Boe.** Nec hoc quidem inq̄. **P.** Siquis igitur pedibus incedere valens ambulet auiusq̄ cui hoc naturale pedum desit officium manibus nitens ambulare conetur: quis iure horum valentior existimari potest. **Boe.** Contere inq̄ cetera: nam qui naturalis officij potens eo qui idē nequeat valentior sit nullus ambigat. **P.** Sed summum bonum quidem eque malis bonisq̄ propositum: boni quidem naturali officio virtutum petunt: mali vero variis per cupiditatem quod adipiscendi boni naturale officium non est idipsum conantur adipisci. An tu aliter existimas. **Boeti.** Adime inq̄. Nam etiam quod est consequens patet. Ex his enim que concesserim bonos quidem potentes: malos vero esse necesse est imbecilles. **Philosophia:** Recte inquit precurrens. Idq̄z uti medici

Prosa secunda

vero. tertia ibi. In qua re. quarta ibi. Cur enim. Primo dicit. Sed quoniam te conspicio promptissimum ad intelligendum: ego coaceruabo id est componam crebras rationes. vide enim quanta pateat infirmitas viciosorum hominum: qui nec ad hec queunt peruenire ad quod ducit ac compellit eos naturalis intentio: et quid esset de istis malis censendum si desererentur hoc auxilio nature preeuntis tam magno ac pene in-

sperare solent iudicium est erecte iam resistensque nature: sed quoniam te ad intelligendum promptissimus esse conspicio: crebras coaceruabo rationes. Vide enim quanta viciosorum hominum pateat infirmitas: qui nec ad hoc quidem peruenire queunt ad quod eos naturalis ducit ac pene compellit intentio. Et quid si hoc tam magno ac pene inuicto preeuntis nature desererentur auxilio. Considera vero quanta sceleratos homines habeat impotentia. neque enim leuia aut ludicra premia petunt que consequi atque obtinere non possunt: sed circa ipsam rerum summam vericemque deficiunt: nec in eo miseris contingit effectus quod solum dies noctesque moluntur. In qua re bonorum vires eminent. Sicut enim eum qui pedibus incedens ad eum locum usque peruenire potuisset quod nihil ulterius peruium iaceret incessum ambulandi potentissimum esse censeris: ita

uicto: quasi diceret nihil aliud censendum est: nisi quod impotentie eorum hoc ascriberetur.

Notandum quod tam boni quam mali vniuersaliter tendunt ad bonum et mali deficiunt ab eo quod competit eis secundum naturam. Ex hoc arguitur sic. Maxima impotentia est deficere ab eo quod natura intendit: sed hoc faciunt mali: ergo mali sunt impotentes.

Notandum quod dicit pene inuicto quod appetitus naturalis boni non habet contrarium repugnans quod vincatur: sed tamen per ignorantiam et errorem viciosorum pervertitur: et ita aliquo modo vincatur: licet non directe.

Considera vero quanta. Dic philosophia ponit secundam rationem: et dicit. Considera ex his que dicam quanta impotentia habeat sceleratos homines. Neque enim petunt premia leuia et ludicra id est iocosa que consequi atque

obtinere non possunt id est nequeunt: sed ipsi deficiunt circa ipsarum rerum summam id est perfectionem atque vericem. Nec contingit ipsis miseris effectus boni in eo id est propter hoc quod ipsi moluntur id est laborant acquirere dies: quod pro: et noctes id est transitoria et temporalia bona.

Nota ex littera formatur talis ratio. quanto maius est illud a quo aliquis deficit tanto maior est iustus effectus et in maiorem impotentiam cadit: sed illud a quo mali deficiunt non est quid vile et modicum: sed est summum bonum: ergo malorum maxima est impotentia.

In qua re bonorum. Dic philosophia ponit tertiam rationem probando bonos ma-

Time esse potentes pertractando exemplum supra positum: et ex hoc concludit malos maxime esse impotentes. et dicit in qua re scilicet assuetudini boni desiderati eminent vires bonorum supple et vires malorum. Sicut enim censes id est iudicares esse ambulandi potentissimum qui pedibus incedens potuisset peruenire usque ad eum locum quo ulterius nihil peruium id est manifestum iaceret incessit: ita necesse est quod cum iudices potentissimum qui apprehendit finem expectendorum quo nihil est ultra. tales autem sunt boni: ex quo fit id est sequitur: huic obiacet id est contrarium est: ut idem scelesti id est mali videantur deserti omnibus viribus.

Notandum quod sicut viator aliquis dicitur potens: cum ambulat ad eum locum ubi nihil amplius restat de via: sic boni quando perueniunt ad finem et ad bonum quod transcendere non potest ideo dicuntur potentes: mali autem quia ipsum attingere non possunt dicuntur impotentes.

eum qui expectendorum finem quo nihil ultra est apprehendit potentissimum necesse esse iudices: ex quo fit quod huic obiacet: ut idem scelesti viribus omnibus videantur esse deserti. Cur enim relicta virtute vicia sectantur: inscitia ne bonorum: sed quid eneruatius ignorantie cecitate. An sectanda nouerunt: sed transuersos eos libido precipitat. Sic quoque intemperantia fragiles sunt que oblucri vicio nequeunt. An scientes

Cur enim relicta virtute. Sic philosophia ponit quartam rationem. Secundo excludit quandam dubitationem ibi. Quod quidem. Ratio quam intendit in summa est ista. Mali quando relicta virtute declinant ad vicia aut sciunt bonum esse adherere virtuti: aut nesciunt. Si nesciunt peccant per ignorantiam. Nihil autem est impotentius ignorantia: ergo mali peccantes ignorantia sunt impotentes. si autem sciunt bonum esse adherere virtuti et declinant ad vicia: aut volentes derelinquunt bonum: aut non. si non volentes: sed attracti libidine passionum conuertuntur ad vicia: sequitur quod sint impotentes: quia maxima impotentia est non posse resistere passionibus. si autem scientes et volentes reliquunt bonum: sequitur quod non fiunt tantum impotentes: sed etiam quod omnino non sunt. Cum enim omnis natura in quantum huiusmodi habeat ordinem ad finem in quantum aliquid desistit ab ordine ad finem intantum deficit a natura: et per consequens ab esse ipsius nature. istam rationem pretendit in littera dicens. Cur enim relicta virtute mali sectantur vicia: ne pro nunquid hoc est ex inscitia id est ignorantia bonorum: sed quid est eneruatius id est debilius cecitate ignorantie: quasi diceret nihil. An ipsi nouerunt sectanda bona: sed eos transuersos libido id est concupiscentia precipitat in vicia: et sic ipsi fragiles intemperantia id est propter intemperantiam libidinis: nequeunt id est non possunt: vicio oblucri id est resistere. An scientes et volentes deserunt bonum et deflectuntur ad vicia voluntate et scientia: sed hoc modo non solum potentes esse desinunt: sed omnino desinunt esse. cuius assignat rationem. nam qui relinquunt communem finem omnium que sunt: scilicet deum qui est ipsius esse: pariter esse desistunt. Notandum quod primum ens verissime habet esse. ipsius enim est causa esse omnibus ut sunt: ut patet per commentatorem secundo methaphisice. Et

Prosa secunda

primo celi et mundi. Ab hoc ente derivatum est singulis esse et vivere. quanto ergo magis per vicia recedunt a primo esse: rantomagis desunt esse. Unde beatus Grego. in libro moralium loquens de dyabolo dicit. quod diabolus bene dicitur non esse: quia a summa essentia recessit: et per hoc quotidie crescente defectu tendit ad non esse: quoniam ab eo qui verum est esse cecidit. Notandum et philosophia tres assignat causas ex

quibus omne peccatum procedit. Omnis enim peccans vel peccat ex ignorantia: et hunc modum primo tangit. vel peccat ex impotentia resistendi: et istum secundo tangit. ex voluntate et malicia: et illorum modum quod gravior est ultimo ponit.

volentesque bonum deserunt: ad vicia deflectuntur: sed hoc modo non solum potentes esse: sed omnino esse desinunt.

Nam qui communem omnium que sunt finem relinquunt: pariter quoque esse desistunt. Quod quidem cuiusdam mirum forte videatur: ut malos qui plures hominum sunt eosdem non esse dicamus: sed ita sese res habet:

Nam qui mali sunt eos malos esse non abnuo: sed eosdem esse pure atque simpliciter nego.

Nam uti cadauer hominem mortuum dixeris: simpliciter vero hominem appellare non possis: ita viciosos malos quidem esse concesserim: sed esse absolute nequeam confiteri.

Est enim quod ordinem retinet: Servatque naturam. Quod vero ab hac deficit esse: etiam quod in sui natura situm est derelinquit.

Sed possunt inquires mali

ita viciosos malos esse concesserim: sed nequeam confiteri ipsos absolute esse sine determinatione distrabente. et replicat causam prius dictam dicens. Solum enim est illud quod ordinem recte servatque naturam. quod autem ab hac natura et ab ordine deficit: etiam quod in sui natura situm est derelinquit.

Notandum quod malum est determinatio distrabens sicut et mortuum. Unde sicut concedendum est cadauer hominis esse hominem mortuum: non tamen simpliciter concedendum est cadauer esse hominem. sic quemcumque malum concedendum est esse malum non tamen simpliciter concedendum est ipsum esse. unde sicut patebit tertia prosa. homines conversi in malitiam: humanam amiserunt naturam: ergo per malitiam homines desinunt esse quod fuerant.

Sed possunt inquires mali. hic philosophia excludit dubitationem contingente circa principale propositum. Ostensum enim est quod mali sunt impotentes. Aliquis dubitaret quomodo hoc verum

Quod quidem cuiusdam

Hic philosophia excludit dubitationem. aliquis enim dubitaret quomodo alius quis possit esse malus: et tamen dici non esse. hoc

excludit philosophia dicens. Mirum forte videatur cuiusdam id est alicui

ut malos qui plures sunt hominum dicamus eosdem non esse: sed ita res sese habet quomodo mirum videatur:

Nam qui sunt mali eos esse malos non abnuo id est nego: sed simpliciter et pure eosdem esse nego. Nam

ut pro sicut cadauer hominem mortuum dixeris: simpliciter autem homines appellare non possis:

Liber Quartus

fit: cum tamen consuetum sit dicere quod mali possunt. hoc soluit philosophia. Secundo ostendit quod potentia malorum nulla sit ibi. Nam sic uti dicit primo. *Boeti.* tu inquit es obiciendo contra predicta quod mali possunt secundum consuetum modum loquens. Respondet philosophia. Ego non quidem negauerim quin mali possunt: sed hec potentia eorum non descendit a viribus: sed ab imbecillitate id est a fragilitate. quod declarat: quia mali possunt quidem mala que minime valerent id est possent: si potuissent manere in efficientiam eorum bonorum id est si efficientia malorum esset talis qualis illa quas habent boni que potuissent. *Que* possibilitas malorum qua possunt mala demonstrat eos erudientis nihil posse. Notandum quod dicit malos minime posse mala si permancant in efficientia bonorum: ex quo videtur quod boni non possunt facere malum: nec per consequens peccare: quod falsum est: cum iustus septies in die cadat: et fortior resurgit secundum scripturam. Ad hoc dicendum quod boni non possunt face-

re malum ex electione recte rationis que semper deprecatur ad optima: licet de potentia absoluta possunt facere malum. in quantum tamen potentia eorum coniungitur voluntati et electioni: quia eligunt bonum et non malum: sic dicuntur non posse facere malum.

Nam sicut paulo ante. *Hic* probat quod potentia malorum nulla sit tripliciter. Secunda ibi. Atque ut intelligas. Tertia ibi. huc accedit. Primo dicit uti pro sicut collegimus paulo ante malum nihil est et mali tantum possunt mala: ex hoc liquet improbos nihil posse. et dicit Boetius perspicuum est. Notandum quod ratio sic formatur. posse malum est posse nihil cum malum nihil sit: sed mali tantum possunt mala: ergo possunt nihil: et per consequens nulla eorum est potentia.

Notandum de hoc quod malum nihil sit vitium est prius. et dicit beatus Augustinus. Cum vniuersae nature per verbum dei factae sint: iniquitas per ipsas facta non est: quia iniquitas nulla substantia est: et peccatum non est natura: sed vitium nature appetentis illud quod non est sui ordinis. Atque ut intelligas quemam sit huius. *Hic* probat idem alio modo dicens. *Boeti* quemam sit vis huius potentie qua mali dicuntur posse sic considera ex dicendis. nos paulo ante diffinimus nihil esse potentius summo bono scilicet deo. Ita est dicit Boetius. et philosophia. Sed idem scilicet summum bonum: nequit id est non potest facere malum. *Ad* hunc dicit Boetius et philosophia. Est igitur aliquis qui putet boves oia posse. Nemo dicit boetius nisi qui insanat: et ideo homines

ne ego quidem negauerim: sed hec quidem eorum potentia non a viribus: sed ab imbecillitate descendit. *Pos* sunt etiam mala que minime valerent si in bonorum efficientia manere potuissent. *Que* possibilitas eos euidentius nihil posse demonstrat. Nam sicut paulo ante collegimus malum nihil est: cum mala tantummodo possint nihil posse improbos liquet. *Boeti.* perspicuum est. *Philosophia.* Atque ut intelligas quemam sit huius potentie vis summo bono nihil potentius esse paulo ante diffinimus. *Boeti.* Itaque est inquit. *Philosophia.* Sed idem inquit facere malum nequit. *Boeti.* *Ad* hunc dicit Boetius. Est igitur inquit aliquis

Prosa secunda

possunt mala facere: utinam quidem non possent. dicit Boe. igitur pbia arguit. Cum igitur tantummodo potens bonorum possit omnia: non autem queant id est possunt oia potentes malorum: manifestum est eosdem minus posse qui mala possunt. Notandum qd posse magis arguit impotentiam qd potentiam: qz si argueret potentiam tunc deberetur omnipotentissimo scilicet deo quod falsum est. Unde pot argui ex litte

Nonne illud quidem acquiescerent. Dic phia probat illos esse misericordes qui faciunt iniuriam quam qui patiantur. secundo ex hoc concludit quod iniuria non est ipsius patientis: sed inferentis. Tertio inuehitur contra oratores. secunda ibi. hinc igitur. tertia ibi. Atqui nunc primo dicit. Nonne pro numquid vulgares non acquiescerent. id est. crederent illud quod nititur eque validis firmamentis rationum. id est. infeliciores esse eos qui faciunt iniuriam quam qui patiantur. dicit Boetius. vellem inquam audire has ipsas rationes. tunc philosophia intendit duos silogismos ad probandum intentum: quorum primus est. Omnis improbus est miser: sed omnis dignus supplicio est improbus: ergo omnis dignus supplicio est miser et per consequens quanto dignior est supplicio tanto est miserior. Secundus silogismus

Liber Quartus

est: quod aliquis est dignior supplicio tanto est miserior: sed faciens iniuriam dignior est supplicio quam patiens: ergo faciens iniuriam miserior est quam iniuriam patiens. primo inquit primum silogismum dicens. nunquid negas omnem improbum esse dignum supplicio. Boetius dicit. minime nego. et multipliciter liquet eos esse infelices qui sunt improbi. ita est dicit Boetius. Igitur dicit philosophia. qui dignum supplicio non dubitas eos esse miseros. dicit Boetius. Conuenit inquit supple predictis. Tunc inquit secundum silogismum per modum interrogationis dices. O Boeti. si tu resideres cognitor. i. iudex causarum: cui putares inferendum supplicium: vel ei qui fecisset iniuriam: vel ei qui pertulisset iniuriam. dicit Boetius. non ambigo id est non dubito quin ego satisfacerem perpeffo iniuriam dolore id est cum supplicio facientis iniuriam. Igitur dicit philosophia. illator iniurie videtur tibi esse miserior quam acceptor iniurie. dicit Boetius. consequitur inquit supple predicta. Notandum quod ad eandem conclusionem sic posset argui. Quicumque

operatur malum ex proposito magis peccat et miserior est quam ipsum sustinens sine proposito et voluntate: sed inferens iniuriam peccat ex proposito et voluntate: sustinens autem sustinet contra voluntatem: ergo inferens iniuriam peior est et miserior patiente iniuriam. Hanc igitur alijque de causis. Dicit philosophia concludit ex dictis quod quilibet iniuria non est miseria patientis: sed inferentis dicens. Hanc igitur de causis: quia inferens iniuriam miserior est patiente: et ex alijs de causis ea radice id est fundamento nitentibus: hoc scilicet fundamento quod turpitudine faciat homines miseros: suapte natura id est sua propria natura. Ex hoc apparet iniuriam cuiuslibet illatam non esse miseriam accipientis id est patientis eam: sed inferentis.

Notandum quod ex littera sic potest argui. Turpitudine propria natura sua facit hominem miserum: sed turpitudine est in inferente iniuriam et non in patiente: ergo inferens iniuriam est turpis et miser: et per consequens iniuriam non est miseria patientis: sed eam inferentis. Atqui nunc ait. Dicit philosophia inuebitur contra oratores. Secundo concludit ex dictis quod odium non habet locum apud sapientes ibi. Quo fit. Primum inuebitur contra oratores qui inducunt iudices ad miserandum patienti iniuriam: cum tamen potius miserandum sit facienti iniuriam: et oratores. i. causidici: quorum officium est persuadere iudici. Isti faciunt nunc contrarium: quia ipsi conantur excitare miseratorem iudicem per eos qui perpeffi sunt graue acerbum: quid cum magis iustior miseratio debeat ad

miseros esse non dubitas. Boetius. Conuenit inquit. Philosophia. Si igitur cognitor ait resideres cui supplicium inferendum putares ei ne qui fecisset: an qui pertulisset iniuriam. Boetius. Nec ambigo inquit quin perpeffo satisfacerem dolore facientis: Philosophia. Miserior igitur iniurie illator quam acceptor esse videretur. Boetius. Consequitur inquit. Hanc igitur alijque de causis ea radice nitentibus quod turpitudine suapte natura miseros faciat: apparet cuiuslibet illatam iniuriam non accipientis: sed inferentis esse miseriam. Philosophia. Atqui nunc ait contra faciunt oratores. pro his enim qui graue quid acerbis perpeffi

Prosa quarta

mittentibus id est facientibus malum: quos iniuriantes oportebat duci ad iudicium veluti egros ad medicum: non ab iratis accusatoribus sed a propitijs: quod pro et miserantibus: ut reserarent morbos culpe supplicio id est pena. Quo supple ordine pacto si homines mouerentur misericordia erga facientes iniuriam: opera id est diligentia: defensorum id est defendere volentium ipsos: illa tota frigeret id est cessaret. vel si malis

sunt miserationem iudicum excitare conantur: cum magis admittentibus iustior misratio debeat: quos non ab iratis: sed a propitijs potius miserantibusque accusatoribus ad iudicium veluti egros ad medicum duci oportebat: ut culpe morbos supplicio reserarent. quo pacto defensorum opera vel tota frigeret: vel si prodesse hominibus malent in accusationis habitus verteretur. Ipsi quoque improbi si eis aliqua rimula virtutem relictam phas esset aspicere: viciorumque sordes penarum cruciatibus se deposituros viderent compensatione adipiscende probitatis: nec hoc cruciatus esse dicerent defensorumque operam repudiarent: ac se totos accusatoribus iudicibusque permetterent.

Quo fit ut apud sapientes nullus prozus odio locus relinquatur. Nam bonis

lent prodesse hominibus iniuriantibus: tunc defensio eorum verteretur in habitum accusationis: ita quod ille qui fuit defensor fieret accusator. Ipsi quoque improbi si esset eis phas aspicere virtutem relictam aliqua rimula id est cognitione: ipsi viderent se deposituros sordes viciorum cruciatibus penarum compensatione id est causa adipiscende probitatis: nec ipsi dicerent id est reputarent cruciatus: sed ipsi repudiarent id est spernerent opera. id est diligentiam defensorum: ac pro et se totos permetterent accusatoribus et iudicibus. Notandum quod misericordia et misratio est virtus secundum quam aliquis comparitur alteri misericordie. Qui ergo inest maior misericordia: ei debetur maior misericordia: sed declaratum est maiorem esse misericordiam inferentis iniuriam quam patientis: ergo ad miserandum eis maxime debent induci iudices. cuius contrarium faciunt oratores: quia inducunt iudices ad miserandum patientibus iniuriam.

Notandum quod facientes iniuriam accusandi sunt non ex ira: sed ex compassione et misericordia: ut pena si remedio morbus culpe eorum auferatur. Sicut enim egris non est insultandum sed potius condolendum: sic et istis qui morbo viciorum affecti sunt et potius sunt accusandi quam defendendi: ut penali acerbitate eorum malicia minuatur. etiam si mali perpenderent sordes viciorum et dignitates virtutum: non reputarent cruciatus: sed se accusatoribus et iudicibus voluntarie offerrent puniendos.

Quo fit. Sic philosophia ex dictis concludit quod odium non habet locum apud sapientes. et dicit. Quo fit id est ex dictis sequitur ut apud sapientes nullus locus relinquatur odio. Nam quis odierit bonos nisi stultissimus: malos vero odisse caret ratione id est irrationabile. Nam sicut languor est morbus corporum: ita viciositas est morbus

animorum. Cum ergo egros corpore minime iudicemus dignos odio: sed potius miseratione: multo magis non insequendi sunt odio: sed potius miserandi: quorum mentes viget improbitas id est malicia existens: atrocior id est crudelior omni languore corporali. Notandum quod sapientes non debent odire malos: quia dicit Seneca ad Lucillum. hunc affectum sapientes habeant aduersus malos: quem habet medicus aduersus suos egros: qui eos non odio: sed remedio studet contractare: qui nec reliquias egroꝝ: nec non effusa dedignatur non inueniri.

Ad 7. iij. libri quarti

Quid tantos iuuat excitare motus.

Hic incipit quartum metrum huius quarti quod dicitur valenticum ab inventore. secundum dicitur pentametrum siue elegiacum: in quo phia exclamatur contra homines qui bellicis moribus ex odio semetipsos ad mortem deducunt di. Quid iuuat. i. quod utilitas est excitare tantos motus. s. odij: et quid iuuat sollicitare. i. sollicite exquirere: fatum. i. mortem propria manu: quasi diceret nulla est utilitas. Est autem ratio hec: quia si mortem petitis. i. desideratis siue vestram siue aliorum propriam sponte sua: nec remoratur id est retardat: volucres id est veloces equos. Mirandum est etiam quod homines quos leo: tigris: versus: aper dēte petūt. i. iuadunt quod idē boies petūt. i. i

uadunt se ense ut se mutuo interficiant. Et querit phia. nunquid homines mouent iniustas acies et fera bella et volunt perire alterius telis. i. mutuis sagittis: ideo quia mores eorum distant: quod pro et dissident id est discordant. Certe ista ratio sentit non est satis iusta: vis ergo referre id est reportare: ad aptam vicem id est vicissitudinem meritis tam boni quam mali: dilige bonos et miseresce malis. Notandum quod dicit mortem non tardare suos equos: pro equos mortis intelliguntur priales dispōnes prodi per quos homo ad mortem redit. Quilibet enim homo habet certam et determinatam periodum sue vite: eo quod forme omnium rerum sunt

nos quis nisi stultissimus oderit: malos vero odisse ratione caret. Nam sicuti corporum languor: ita viciōsitas est quasi morbus animorum. Cum egros corpore minime dignos odio: sed potius miseratione iudicemus: multo magis non insequendi: sed miserandi sunt: quorum mentes omni languore atrocior viget improbitas.

Metrum quartum libri quarti.

Quid tantos iuuat excitare motus
Et propria fatum sollicitare manu
Si mortem petitis propinquat ipsa
Sponte sua volucres nec remorat equos
Quos serpens leo tigris versus aper
Dente petunt idem se tamen ense petunt
An distant quia dissidentque mores
Iniustas acies et fera bella mouent
Alteriusque volunt perire telis
Non est iusta satis se uicis ratio
Vis aptam meritis vicem referre
Dilige iure bonos et miseresce malis:

Prosa quinta

in terminis .i. in corporibus celestibus virtualiter: vt patet secundo de generatione.

Notandū q̄ pb̄ia hic non excludit licentiam gerendi iustū bellum: sed iniustum: q̄a dicit iniustas acies bellum enim iustum cōceditur: 7 ideo geritur vt aliquis nitens cōtra iusticiam ad iusticiam reducatur.

Prosa quinta libri quarti.

Prosa quinta quarti libri:

Inc ego video in q̄ que sit vel felicitas vel miseria in ipsis proborum atq; improborum meritis constituta. Sed in hac ipsa fortuna populari nō nihil boni malive inesse perpendo. Neq; enim sapientum quisq; exul inops ignominiosusq; esse malit potiusq; pollēs opibus honore reuerēdus: potētia validus in sua permanens vrbe florere. Sicut enim clarus testatiusq; tractatur officium sapientis cum in contingentes populos regentium quoddam modo beatitudo transfunditur. Cum presertim carcer lex ceteraq; legalium tormenta penarū perniciosius potius ciuibus propter quos etiā constituta sunt debeantur. Cur hec igitur versa vice mu-

meritis proborū .i. deos fieri: 7 que sit miseria constituta in ipsis meritis proborū scz trāssorari in beluas: sed ego perpēdo .i. iudico: non nihil .i. aliquid boni: ve pro vel mali esse in hac fortuna populari .i. in prosperitate fortuita: qd̄ pbat. Neq; enim quisq; sapientū malit .i. magis vult esse exul: inops: ignominiosus .i. infamis potiusq; pollens opibus: q̄ reuerendus honore validus potētia: 7 in sua vrbe pmanens florere. sicut enim per h̄mōi bona fortune officium sapientis tractat clarus: q; pro 7 testatius .i. cuz maiori testimonio: q; talibus plus creditur: cū beatitudo regentū trāssundit .i. dilatur: in populos contingentes .i. vicinos. Notandū q; in bonis fortuitis est aliquid boni: quia per ipsa sapiēs expeditius tractat officium gubernandi subditos. Qui eiz diuitijs potētia 7 fama precellit alios: aptiores sunt ad regendā rempublicā: q; aptiores sunt ad subueniendū oppressis 7 ad depriēdū malos: ad protegēdū bonos: ad expugnādū inimicos. 7 ita sapienti q̄ tractat negociū reipublice necessaria est potētia 7 diuitiarū abundantia: sed sapienti q̄ vacat cōtēplationi diuitie sunt onerosae: q; nimā inde gerit sollicitudinē. Cū p̄ser. 13 carcer lex ceteraq; legalium tormenta. hic. Bo. exprimit cām sui

Inc ego video. Ista est quinta prosa huius quarti: q̄a. Bo. prius conquerbat bonis mala 7 malis bona cogitare: propter qd̄ etiam reputabat istarū fortunarū vices non ex ordine diuine providencie: sed ex cāu puenire: iō pb̄ia sup hoc cōsolatur Boe. assignando causas: q̄re bonis mala 7 malis bona p̄tingāt. 7 primo Boe. exprimit suū dolozē in hoc q; vices fortunarū vidētur cōfuse 7 inordinate disponi. Secundo assignat pb̄ia cām huius apparētie. tertio ipsum consolatur assignando cās predictoz. Secunda ibi. Nec mirū. tertia ibi. Ita inquit. p̄mo. Bo. premitit quedam. secūdo exprimit cāz sui dolozis ibi. Cū presertim. primo dicit ego video hic .i. ex dicitis q̄ felicitas sit cōstituta in

Liber Quartus

doloris et admirationis dicens. Cum lex et carcer et cetera tormenta legaliter penarum debeant permittis. id est malis civibus propter quos constituta sunt. Ego vehementer admiror: cur hec tormenta viceversa. id est contrario modo mutantur: ut a vi supplicia scelerum. id est malorum premant bonos: et mali rapiant premia virtutum id est virtuosorum: et ego desidero o pbi a scire ex te que videatur esse ratio. id est causa tam iniuste confusionis. minime crederem mirarer si crederem omnia misceri fortuitis casibus. Nunc autem deus rector omnium exaggerat. id est augmentat stuporem meum quod deus cum sepe bonis iocunda malis aspera tribuat: quod pro contra id est per contrarium bonis dura malis optata concedat: nisi deprehendatur. id est cognoscat causa huius: quid est quod hoc videatur differre a fortuitis casibus. quod d. nihil. Notandum quod tormenta legalia sicut carcer membrorum mutilatio flagella et huiusmodi sunt inventa propter malos: et ista sepius videtur infligi bonis malis eadem tribus super hoc admiratur. Boetius cum tamen deus debeat punire malos et remunerare bonos: et nisi huius ratio cognoscatur quare hoc contingat: nihil est quin talia videantur contingere a casu et a fortuna: et non subiacere regimini providentie divine quod absurdum est. Nec mirum inquit. Dic. Nihil assignat causam apparente talis confusionis: quod sic videtur esse propter ignorantiam cause et d. Nec mirum si quid credatur confusum et temerarium id est casuale in istis inferioribus ignorata ratione ordinis divine providentie: sed quis tu ignores causam ratione disponis divine tanquam bonus rector. id est deus temperat mundum sua bonitate: id non dubites: cuncta recte fieri. Notandum quod mixtum est cum causa nescit. pro tanto enim multi mirantur de eclipsi solis: quod causam ignorant: et quod B. ignorabat causam huius conclusionis quare bonis mala et malis bona contingant: id B. ammirabat. et causa admirationis eius fuit ignorantia: disponis divine providentie.

tentur: scelerumque supplicia bonos premant: premia virtutum mali rapiant vehementer admiror: queque tam iniuste confusionis ratio videatur ex te scire desidero: Minus etenim mirarer: si misceri omnia fortuitis casibus crederem. Nunc stuporem meum deus rector exaggerat: qui cum sepe bonis iocunda: malis aspera contraque bonis dura tribuat: malis optata concedat nisi causa deprehendatur: quod est quod a fortuitis casibus differre videatur. Philosophia. Nec mirum inquit si quid ordinis ignorata ratione temerarium confusumque credatur. sed tu quamvis causam ratione dispositionis ignores: tamen quoniam bonus mundum rector temperat: recte fieri cuncta ne dubites.

Metrum quintum libri quarti.

Siquis arcturi sydera nescit
Propinqua summo cardine labi:
Cur legat tardus plaustra boetes
Mergatque seras equore flammis
Cum nimis sceleres explicet ortus

Metrum quintum libri quarti.

Siquis acturi sidera nescit. Istud est quintum metrum but' quarti quod dicitur a lema-
nicum ab inuicem: dactylicum a pede predominante: tetrametrum id est quattuor pe-
dum hyperbalecticum. i. abundans in una syllaba: in quo metro phia declarat
quod ea quorum cause non apparet videntur mira. Secundo ostendit quod cognita causa cessat
admiratione ibi. Nemo miratur flamina. Primo ostendit quod propter latentiam carum homines mis-
rant: et inducit de hoc duo

Legem stupebit etheris alti
Palleant plene cornua lune
Inflecta metis noctis opace
Queq; fulgenti texerat ore
Confusa phebē detegat astra
Commouet gentes publicus error
Lassantq; crebris pulsibus era
Nemo miratur flamina chori
Litus frementi tundere fluctu
Nec niuis duram frigore molem
Feruente phebē solui ex estu
Hic enim causas cernere promptum

exempla. Primus est de eo
quod accidit in stellis iuxta
polum septentrionalem: quod
ille stelle ceteris stellis re-
motioribus tardius mouetur:
et tamen velocius oritur.
qui autem ignorat causam
huius: illi videtur hoc mi-
rum. unde dicit. Siquis
nescit sidera arcturi. i. ma-
ioris vrsæ: labi. i. volut: pro-
pinqua summo cardine. i.
cardini ponendo ablatum
pro datiuo causa metri. i.
polo septentrionali: ille stu-
pebit. i. admirabit: legem
alti etheris. i. firmamenti.
cur boetes. i. stella tardus
legat. i. pertranseat: plau-
stra. i. stellas plaustrum scilicet

maioris vrsæ: et mergat seras flamas equore loquens more poetico: quod sequentes iudicium
vulgi dicunt stellas tingi in mari quando occidunt. et dicitur boetes mergere seras flamas
mas. i. lumina sua tarda: quod nunquam ea mergit. et est modus loquendi id quod nunquam tarde
fit: cum tamen boetes explicet ortus nimis celeres: eo quod in principio noctis nobis sta-
tim apparet. Secundum exemplum est de eclipsi lune quod nescientes causam adeo aliqui
admirantur quod putant eius eclipsim contingere per incantationes: et volentes auxiliari lu-
ne et impedire ne audiat incantationem concutunt omnia vasa ærea et sonora tempe eclip-
sis. unde dicit in littera. Cornua plene lune palleant: quod incipiente eclipsi luna incipit
appere corniculata: cornua infecta metis. i. terminis: opace noctis. i. vmbre terre: et phe-
be. i. luna confusa per uariationem luis: detegat. i. appere faciat astra minoria: quod texerat. i. latere fe-
cerat: fulgenti ore. i. abundantia sui fulgoris. Tunc publicus error quo putatur luna incantari
comouet gentes: et lassant. i. fatigant: era. i. vasa ærea vel cæpanas crebris pulsibus.

Notandum quod arcturus dicitur ab arctos quod est vrsa quod est quoddam signum iuxta polum septen-
trionalem quod nos vulgariter plaustrum nominamus: et sic accipit beatus Gregorius super Job dicit.
Arcturus septem stellis maxime lucet: semper mouetur et nunquam mergitur. Notandum quod stel-
le circa polum arcticum motu sicut arcturus: et alie stelle mouentur tardius alijs stellis remo-
tioribus a polo arctico: quod minor circulum suo motu describunt et stelle remotiores maiorem.
unde cum stelle remotiores in equali tempore pertranseant maiorem circulum: in quo stelle propin-
quiores immoretur: quod ambo circulum voluuntur semel in die naturali. patet per diffinitionem velocitatis
et tarditatis: quod stelle propinquiores polo tardius mouentur et remotiores velocius.
Illud enim mouetur tarde quod in equali tempore pertranseat minus spatium: et illud mouetur
q ij

velociter qđ in equali tpe pertrāsit maius spaciū. No. qđ luna recipit lumē suū a sole. si ergo corpus opacum interponit īpediens ne lumē solis pueniat ad lunā vel in toto vel in parte: necesse est lumē lune deficere vel in toto vel in pre: 7 hoc est lunaz eclipsari

Nemo miratur flamina chori. Dic oñdit pbia qđ cognita causa cessat admiratio. d. Nemo miratur flamina chori talis venti tūdere. i. percutere litus fremēti fluctu scilicet

maris. 7 hoc dicit pro tanto: qđ vento flāte aqua maris cedit 7 ad litus resistēs repcutitur. nec etiā aliqs miratur molē. i. magnitudinē niuis frigore durā. i. ogelata: soluiet. i. solut: 7 hic ē pagoge. i. additō syl labe ad finē dictionis ppter necessitatē metri: ergo ponitur soluiet p solui feruente estu phebī id est solis. h enim. i. istis exēplis promptū supple ē cernere cās: quare vent⁹ ipellit mare: quare sol liquefacit niuē: illic in priorib⁹ exēplis latentēs cause turbāt pectora supple p admirationē: 7 mobile vulgus stupet. i. miratur: subitis. i. de subitaneis euentibus: 7 stupet cuncta q̄ prouehit. i. pducit: rara etas. i. q̄ raro eueniunt: sed si vis cessare admiratōnē nubilis error inscie. i. ignorantie causaz: cedat. i. recedat 7 accedat noticiā causarum: profecto id est pro certo tūc cessent videri mira que prius stāte ignorantia videbatur mira. No. qđ sacerdotes in egypto ppter admirari inceperūt philosophari. vidētes enim eclipses solis 7 lune: 7 ignorātes cās mirabant cās earū inq̄rētes: qđ inuētis habuerunt sciam eaz eclipsium eo qđ scire est cām rei cognoscere. cognita ergo causa cognoscitur res: 7 per consequens cessat admiratio.

Illic lactantes pectora turbant
Lunctaqz rara prouehit etas
Stupetqz subitis mobile vulgus
Cedat inscie nubilus error
Cessent profecto mira videri.

Prosa sexta libri quarti :

Ita est inq̄: sed cum tui muneris sit latentium rerum causas euoluere: velatasqz caligine explicare rationes: queso utiqz hinc discernas: et quoniam hoc me miraculuz maxime perturbat edisseras. Philosophia. Tum illa paulisper arridens: ad rem me inquit oim que situ maximā vocas: cui vix exhausti qđ q̄ satis est. Talis nāqz materia est vt vna

Prosa sexta libri quarti.

Ita est inq̄. Dic incipit prosa sexta huius quarti in qua pfa. pbia consolādo. B. assignat causas predictoz que videntur mira in diuina gubernatione propter ignorātiā cause. 7 primo. B. petit sibi explicari istas causas: 7 primo rāgit difficultatem explicationis eaz. secūdo pmittit se velle assignare causas. 7 tertio eas assignat. secunda ibi. Sed quoniam. tertia ibi. Omnium generatio. primo. Boe. concedit quod dictum est de ammiratione hominū propter ignorantiam causarum. dicens. Ita est inq̄. Tunc petit explicari causas admirationis eoz que contingunt in diuina providentia 7 dispositione dicens. S. philosophia cum euoluere id est elucidare causas latentium rerum sit tui muneris id est tue gratie: 7 explicare rationes velatas caligine. i. rationes obscuras 7 difficiles. Queso vt hinc id est de ista difficultate discernas id est iudices: 7 edisseras id est disputes: quoniam hoc miraculuz maxime me perturbat qua

Prosa sexta

re malis bona & bonis mala euentant. & phia paulisper arridens Boe. Inquit. ad rem maximam omnium quesitu id est ad maximam questionem vocas id est incitas me: cui vix quicquam exhaulisti satis est ei: ad quam exhauiendam & soluendam vix aliquid sufficit. Tals namq; est materia quam peris declarari: vt vna dubitatione succisa id est soluta innumerabiles alie succrescant: velut capita ydre quorum vno ablato tria succrescebant:

dubitatione succisa innumerabiles alie velut ydre capita succrescant: nec vllus fuerit modus: nisi qui eas viuacissimo mentis igne coherceat. In hac eiz de prouidentie simplicitate: de fati serie: de repetitis casibus: de cognitione ac predestinatione diuina: de arbitrij libertate queri solet. Que quantonaris sint: tu ipse perpendis. Sed quoniam haec quoque te nosse quedam medicine tue portio est: quam angusto limite temporis septi: aliquid tamen deliberare conabimur: quod si te musici carminis oblectamenta delectant: hanc oportet paulisper differas voluptatem: dum nexas sibi ordine conextorationes. Boetius. Ut libet inquit. Philosophia. Tu velut ab alio orsa principio: ita

nec fuerit modus id est terminus dubitationum: nisi si qui eas coherceat viuacissimo igne. i. ardenti inuestigatione mentis. In hac eim materia queri solet de prouidentie simplicitate: de serie fati: de repetitis casibus: de predestinatione diuina: de libertate arbitrij: que omnia quantum oneris id est difficultatis sint ad determinandum tu ipse perpendis. Notandum quod sapientis est scire omnia: vt contingit ex prophemia methaphisice. & cum scire sit per causas primo posteriorum. Sapientis est euoluere causas rerum latentium. Ideo dicit Bo. ad phiam. Tui muneris est euoluere causas. Notandum quod d. phiam paulisper sibi arrisisse. per hoc. p. inuit morem & habitum sa

presentium qui audita simplicitate imperitorum: arident eis congratulando quod ipsi cum auditate sapientiam querunt. Notandum secundum fabulas ydra fuit serpens in lema palude habens plura capita: quorum vno succiso tria excrecebant: quem cum Hercules sagittis interficere non posset greco igne ipsum consumpsit. Sed quoniam haec quoque te nosse. Dic phia promittit velle assignare causas dicens. Quoniam hic nosse te est quedam portio. i. pars tue medicine: quam simul septi. i. concluso: angusto. i. breui limite temporis: tamen aliquid deliberare conabimur: sed si te delectant oblectamenta. i. suauitates: musici carminis. i. metri: oportet quod differas paulisper. i. modicum hanc voluntatem: donec conexto. i. formabo: rationes sibi nexas. i. coniunctas ordine. dicit Boe. vt libet inquit. i. vt tibi placet. Tunc philosophia orsa. i. incipiens loqui velut vt ab alio principio ita differuit id est disputauit. Notandum per hoc quod dicit. Nos septi angusto limite temporis: inuit philosophia presentem materiam adeo esse difficilem: quod totum tempus presentis vite quod breue est vix sufficit ad predicta plenarie declaranda. Notandum quod dicit philosophiam orsam fuisse ab alio principio: nam illa que philosophia prius probauit deducuntur ex hoc principio quod deus est perfectum bonum vltimus finis omnium. que autem nunc vult demonstrare deducuntur ex hoc principio quod deus est prius

Liber Quartus

cipium effectiuū omnium: vt patebit. Omnium generatio rerum cunctosq; mutabilium naturarum progressus 7 cef. Dic philosophia prosequitur intentum volēs assignare causas quare bonis mala 7 malis bona contingant. 7 primo declarat quedam ad suam determinationem necessaria. secundo ponit suam determinationem. secunda ibi.

Que vero inquit. Primo phi. determinat de prouidentia diuina 7 de fato. Secundo ostendit que sunt ea q̄ fato disponuntur. secunda ibi. Ea series. Primo ostēdit quid nominetur diuina prouidentia: 7 quid fatum. Secundo tangit differentiam inter ea assignādo diffinitiones vtriusq;. Tertio pōit diuersas opinionones circa fatum. Quarto infert quandaz conclusionem circa fatum 7 prouidentia. secunda ibi. Que licet diuersa. tertia ibi. Siue igitur. quarta ibi. Quo fit. Primo dicit. generatio omnium rerū cunctosq; progressus naturarum mutabilium 7 quicquid alio modo mouetur: illud sortitur causas generationis 7 mutationis 7 ordinem generationis 7 mutationis 7 formas quibus generatur vel mouetur substantiales vel accidentales: oia ista sortitur ex stabilitate diuine mētis. Hec enī mens diuina composita. i. stabilita in arce. i. in altitudine sue simplicitatis: statuit rebus gerendis. i. fiendis multiplicem modum: qui modus conspicitur. i. consideratur in ipsa puritate diuine intelligentie. i. secundum esse quod habet in intellectu diuino nominatur prouidentia. Cum vero iste modus referat ad ea que mouet 7 disponit a veteribus. i. ab antiquis fatum appellatur est. Notandum q̄ omnia a primo sunt immutabilia: aliqua mouetur secundum substantiam vt generalia 7 corruptibilia. quantum ad illa dicit omnium generatio rerum. Alia autem sunt mutabilia secundum locum 7 non secundum substantiam vt corpora celestia. q̄tum ad illa dicit. Cunctosq; mutabilium naturam progressus. Alia sunt mutabilia solum secundum operationez. i. secundū intelligere non secundū substantia: nec secundum vbi proprie sicut intelligentie. q̄tum ad illas dicit. Et quicquid aliquo mouetur modo. Aliter exponitur q̄ in rebus mutabilibus triplex est dispositio. vna est qua transeunt de non esse ad esse per generationem. q̄tum ad hoc dicit. omnium generatio rerū. Aut res permanent in existentia per aliquod tps postq̄ generate sunt. q̄tum ad illas dicit. Cunctosq; mutabilium naturarum progressus. Aut res procedunt de eē ad non esse per corruptionem. quantum ad illas dicit. Et quicquid aliquo mouetur modo. Notandum q̄ quidam dicunt fatum esse quandā dispositionem derelictam in rebus inferiorib⁹ ex actione corporū celestium fm quā inferiora necessitant 7 constringunt ad immobiles effectus. 7 sic beatus Grego. in omelia epiphantie improbat fatum dicens. Absit a fidelium cordibus vt fatū aliquid esse dicamus supple necessitas inferiora: quia omnia venirent ex necessitate. Alio modo accipitur fatum pro dispositione rerum

differuit. Omnium generatio rerum cunctosq; mutabilium naturarum progressus et quicquid aliquo mouetur modo causas ordinem formas ex diuine mentis stabilitate sortitur. hec in sue simplicitatis arce composita multiplicem rebus gerendis modum statuit: qui modus cum in ipsa diuine intelligentie puritate conspicitur prouidentia nominatur. cum vero ad ea que mouet atq; disponit refertur: fatum a veteribus appellatum est.

disseruit. Omnium generatio rerum cunctosq; mutabilium naturarum progressus et quicquid aliquo mouetur modo causas ordinem formas ex diuine mentis stabilitate sortitur. hec in sue simplicitatis arce composita multiplicem rebus gerendis modum statuit: qui modus cum in ipsa diuine intelligentie puritate conspicitur prouidentia nominatur. cum vero ad ea que mouet atq; disponit refertur: fatum a veteribus appellatum est.

secundum quam res dependent ex diuina voluntate et potestate: et sic fatum conceditur aliquid esse. Est ergo prouidentia diuina ordinatio siue dispositio existens in mente diuina qua cuncta inferiora sunt prouisa secundum statum sue nature. Fatum autem est dispositio diuina existens in rebus mobilibus qua singula suis annectuntur ordinibus ut magis patebit. Que diuersa esse facile liquebit. Dic ponit differentiam inter

Que diuersa esse facile liquebit si quis utriusque vim mente conspexerit. Nam prouidentia est ipsa illa diuina ratio in summo omnium principe constituta que cuncta disponit. Fatum vero inherens rebus mobilibus dispositio per quam prouidentia suis queque necit ordinibus. prouidentia namque cuncta pariter quamuis diuersa quamuis infinita complectitur. Fatum vero singula digerit in motu locis formis ac temporibus distributa: ut hec temporalis ordis explicatio in diuine mentis adunata prospectu

prouidentiam et fatum assignando diffinitiones utriusque. Secundo ostendit quod unum eorum dependet ex altero ibi. Que licet diuersa. Primo dicit. Que duo scilicet fatum et prouidentiam diuinam liquebit id est patebit esse diuersa: si quis mente conspexerit id est considerauerit: utriusque vim id est naturam et essentiam. et diffiniens prouidentiam di. Prouidentia est ipsa diuina ratio que est in summo principe omnium rerum constituta: que scilicet ratio cuncta disponit. Tunc diffiniens fatum dicit. Fatum est dispositio

inherens rebus mobilibus id est temporalibus per quam dispositionem prouidentia necit queque suis ordinibus. Tunc declarat istas diffinitiones ex proprietatibus utriusque: intendens quod prouidentia complectitur omnia simul: sed manifestum est quod omnia nusquam sunt simul: nisi in mente diuina: ergo oportet quod prouidentia sit ratio existens in mente diuina. ad fatum vero spectat ut ea que fato subduntur distribuantur per loca et tempora: ita quod ordo fatalis quandam successionem temporalem importat. talis autem successio non est nisi in ipsis rebus mobilibus: quare oportet quod fatum sit in rebus mobilibus. Unde dicit in littera. prouidentia namque cuncta complectitur pariter quamuis diuersa et infinita. fatum vero digerit id est diuidit singula distributa in motu locis formis ac pro et temporibus: ita scilicet ut hec temporalis explicatio que ad fatum pertinet adunata in prospectu diuine mentis sit prouidentia. Eadem vero adunatio digesta id est diuisa et explicata temporibus que successionem important vocetur fatum.

Notandum quod quia prius dixit quod diffinitio rerum faciendarum ut est in intellectu diuino dicitur prouidentia: ut autem refertur ad res mobiles dicitur fatum. Possit alicui videri quod fatum et prouidentia significant eandem rem sub diuersis rationibus: ideo philosophia hoc excludens ostendit ea realiter distingui ponens diffinitionem utriusque.

Notandum quod cognitio dei habet se ad res sicut cognitio artificis ad artificia. sicut ergo omnia artificata subduntur ordini et rationi artis: sic necesse est omnes res subdi rationi et ordini diuine prouidentie: propter quod ostendit quod prouidentia est diuina ratio que cuncta disponit.

Notandum quod dispositio que ponitur

quod

Liber Quartus

In diffinitione fati accipitur pro ordine. et dicitur ille ordo inherens rebus mobilibus ad differentiam ordinis qui est in ipsa ratione diuina quem iam vocamus prouidentiam secundum quem ordinem prouidentia diuina amectit queque suis ordinibus: scilicet ut illa euentant illo tempore: et alia illo tempore. hec prius: illa posterius. Que licet diuersa sint. Dic ostendit: quod licet fatum et prouidentia differant: tamen vnum, dependet ex altero dicens. Que licet sint diuersa: tamen alterum dependet ab altero: scilicet fatum dependet ex prouidentia. nam ordo fatalis procedit ex simplicitate prouidentie: sicut declarat in simili dicens. Sicut enim artifex puta edificator formam faciende rei sicut domus mente percipiens id est prospiciens: mouet id est producit effectum operis: et quod simpliciter et presentarie prospexerat mente: scilicet formam domus cum suis partibus: simul ducit per temporales ordines supple ad effectum. primo fundamentum: postea parietes: ultimo tectum. Ita deus prouidentia sua singulariter id est simpliciter et stabiliter disponit omnia facienda: sed fato id est per fatum ea que disponit temporaliter administrat.

Notandum quod prouidentia diuina habet esse in prima causa: fatum vero in rebus causatis. Item prouidentia diuina habet motum vnicum: quia est in vno simplici scilicet in mente diuina. fatum autem habet motum pluralitatis: quia in pluribus causatis habet esse. Item fatum dependet a prouidentia diuina sicut effectus a sua causa: sed non e conuerso. Sicut enim forma rei artificialis dependet a forma preexistente in mente artificis et non e conuerso: sic fatum dependet a prouidentia diuina: non autem e conuerso. Siue igitur famulantibus. Dic ponit diuersas opiniones circa fatum et dicit. Siue fatum exerceatur quibusdam diuinis spiritibus famulantibus diuine prouidentie: siue exerceatur anima: siue tota natura inferi: siue exerceatur motibus celestibus syderum: id est corporum celestium: siue angelica virtute: siue demonum solertia: siue aliquibus horum vel omnibus hoc est incertum: tamen istud est certe manifestum prouidentiam diuinam esse immobilem et simplicem formam rerum, gerendarum id est fiendarum: sed fatum esse mobilem nexum id est dispositionem et ordinem temporalem eorum que diuina simplicitas disponit esse gerenda id est producenda.

Notandum quod fatum est temporalis dispositio rerum in quantum ea que prouisa sunt a deo producuntur ad effectum mediantibus causis secundis administrantibus: de quibus causis diuersę fuerunt opiniones: quas Boetius tangit in littera: sed nullam earum

prouidentia sit. Eadem vero adunatio diuina gesta atque explicata temporibus fatum vocetur. Que licet diuersa sint: alterum tamen pendet ex altero. Ordo namque fatalis ex prouidentie simplicitate procedit. Sicut enim artifex faciende rei formam mente percipiens mouet operis effectum et quod simpliciter presentarieque prospexerat per temporales ordines ducit: ita deus prouidentia quidem singulariter stabiliterque facienda disponit: fato vero hec ipsa que disponit multipliciter ac temporaliter administrat. Siue igitur famulantibus quibusdam prouidentie diuinis spiritibus fatum exerceatur: seu anima: seu tota

Prosa sexta

affirmat. Nam quidam antiquorum dicebant fatum exerceri mediantibus diuinis spiritibus deo famulantibus. Alij dicebant ipsum exerceri ab anima mundana: sicut platonici quod alij exponunt de anima humana: quia per ipsam tanquam per causam secundam exercetur actus liberi arbitrij qui sub prouidentia diuina cadunt. Alij dixerunt fatum exerceri tota natura interuente intelligentes per totam naturam complexiones

ta inseruiente natura: seu celestibus syderum motibus: seu angelica virtute: seu demonum varia solertia: seu aliquibus horum: seu omnibus fatalis series texturalis. Iud certe manifestum est immobilem simplicemque gerendarum formam rerum esse prouidentiam. fatum vero eorum que diuina simplicitas gerenda esse disposuit mobilem nexum atque ordinem temporalem. Quo fit ut omnia que fato subsunt prouidentie quoque subiecta sunt: cui etiam ipsum subiacet fatum. Quedam vero que sub prouidentia locata sunt fati seriem superent. Ea vero sunt que prime propinqua diuinitati stabiliter fixa fatalis ordine mobilitatis excedunt.

est de angelis siue spiritibus applicantibus se diuersis locis missis in ministerium. Angelus enim nuncius interpretatur: et est nomen officij non nature secundum beatum Gregorium. Quo fit ut omnia. Sic infert quandam conclusionem circa fatum et prouidentiam. Secundo declarat eam in exemplo. ibi. Nam ut orbium. Primo dicit. ex quo dictum est fatum dependere a prouidentia diuina: quo fit id est ex quo sequitur ut omnia que subsunt id est subiacent fato: etiam prouidentie sunt subiecta: cui etiam prouidentie ipsum fatum subiacet: sed non e conuerso: quia quedam que locata sunt sub prouidentia superent seriem fati scilicet ea que immediate per deum amministrantur: sicut creatio rerum et glorificatio creaturarum rationalium. ea vero que sunt propinqua prime diuinitati stabiliter fixa id est immobilia: hec excedunt ordinem fatalis mobilitatis id est mutabilitatis.

Notandum quod quia fatum dependet a prouidentia sicut effectus a sua causa: necesse est illa que dependet a fato: etiam a prouidentia dependere. non autem e conuerso: quia effectus non adequatur sue cause. Prouidentia autem ad diuinum intellectum spectat: fatum vero ad ea que in creaturis geruntur.

omnium elementorum. Alij dicunt fatum exerceri motibus corporum celestium sicut astrologi. Alij per variam solertiam demonum. et dicuntur demones in proposito spiritus habitantes circa humectam partem aeris secundum doctrinam quorundam platoniorum qui dicuntur cacodemonies id est malum scientes. Alij dicunt fatum exerceri angelica virtute. Ubi notandum quod in prima opinione fatum dicitur exerceri mediantibus spiritibus deo famulantibus: quod est intelligendum de spiritibus omnia disponentibus: sed immobiliter permanentibus. Quod autem dicitur in quinta opinione fatum exerceri virtute angelica: intelligendum

Liber Quartus

Nam ut orbium. Sic declarat illam conclusionem per exemplum dicens quomodo quedam subiacent fato magis: quedam minus: et quedam totaliter excedunt fatum. Secundo ex dictis concludit habitudinem fati ad providentiam per quedam similia ibi. Igitur ut est. dicit primo. nam sicut orbium id est circuloz: vertentium id est mouentium: sese circa eundem cardinem id est axem: ille qui est intimus. i. vicinior siue proximus axi: accedit ad simplicitatem medietatis id est axis vel centri: quia tardiori motu mouetur: et ideo magis accedit ad immobilitatem axis: et iste circulus respectu exterioris habet se ad modum centri circa quod exterior desatur. unde subdit quod est veluti quidam cardo id est centrum ceterorumque orbium extra locatoz circa quem versentur. Sicut mediolus in rota adhaeret axi et est sicut cardo quidam circa quem voluntur canti et radij. Extimus vero id est vltimus orbis exterior rotatus id est motus maiore ambitu: tanto explicatur amplioribus spatijs: quanto discedit a media indiudivitate puncti id est centri. Siquid vero illi medio se connectat: illud cogitur id est compellitur: in simplicitatem id est immobilitatem axis: et cessat diffundi et diffuere per magnum spacium. Similiter ratione illud quod longius a prima mente discedit sicut creature corruptibiles maioribus nexibus fati implicatur: et tanto magis aliquid est liberum a fato: quanto vicinior petit id est accedit illum cardinem rerum scilicet deum. quod si firmitati superne mentis haerit supergreditur necessitatem fati.

Notandum quantomagis entia sunt propinqua primo causato minus sunt mutabilia: et quanto remotiora tantomagis mutabilia. quod declarat philosophia exemplo diuersorum circuloz ab eodem centro ducto: in quibus circulus remotior a centro est maior et velocius mouetur: quia maius spacium pertransit in equali tempore. Qui autem est vicinior centro minor est et tardius mouetur minus spacium pertransendo. circuli vero medij medio modo se habent: et est optima comparatio centri circuli ad creatorem. sicut enim centrum est indiudivibile et ab ipso possent plures circuli procedere: ita creator vnus et indiudivibilis existens infinita creat et gubernat.

Nam ut orbium circa eundem cardinem sese vertentium qui est intimus ad simplicitatem medietatis accedit. Ceterorumque extra locatoz veluti cardo quidam circa quem versentur existit. extimus vero maiore ambitu rotatus quanto a puncti media indiudivitate discedit: tanto amplioribus spatijs explicatur. Siquid vero illi se medio connectat et societ et in simplicitatem cogitur diffundi et diffuere cessat. Similiter ratione quod longius a prima mente discedit: maioribus fati nexibus implicatur: ac tanto aliquid fato liberum est: quanto illum rerum cardinem vicinior petit: Quod si superne mentis haerit firmitati motu carens: fati quoque supergreditur necessitatem. Igitur ut est ad intellectum ratiocinatio ad id quod est id

Prosa sexta

Igitur ut est. Sic philosophia concludit habitudinem fati ad providentiam diuinam per quedam similia. et dicit. series fati ita est id est ita se habet stabilem simplicitatem diuine providentie: ut pro sicut ratio cinatio se habet ad intellectum. Ubi sciendum quod illud quod intellectus simplici veritate intelligit. ratio cinatio per modum discursus et successiue apprehendit. etiam fatum se habet ad providentiam sicut illud quod gignitur

quod gignitur ad eternitatem tempus ad punctum medium circulus: ita est fati series mobilis ad providentie stabilem simplicitatem. Ea series celum ac sydera mouet elementa in se inuicem temperat: et alterna commutatione transformat. Eadem nascentia occidentiaque omnia per similes fetuum seminumque renouat progressus. Hec actus etiam fortunasque hominum in dissolubili causarum connexionem constringit. que cum ab immobilibus providentie proficiantur exordiis: ipsas quoque immutabiles necesse est esse. Ita enim res optime reguntur: si manens in diuina mente simplicitas indeclinabilem causarum ordinem promat. Hic vero ordo res mutabiles et alioquin

tur habet se ad illud quod est. Ubi sciendum quod illud quod gignitur est in quadam fluxibilitate et motu: quod vero actu est gignitur est in quadam permanentia. etiam habet se fatum ad providentiam: sicut tempus ad eternitatem. Ubi sciendum quod in tempore est successio partium temporis presentis preteriti et futuri. Eternitas autem est sine successione tota simul existens. Item fatum habet se ad providentiam sicut circulus ad medium punctum. Ubi sciendum quod circulus distenditur et per partes diuiditur mobilis existens. punctum autem est immobile et indiuisibile: quia ex primo euclidis. Punctum est cuius pars non est. Ea series celum ac sydera. Sic philoso

phia ostendit que sint illa que fato disponuntur. Secundo concludit quod illa que intellectui confusa videntur in diuina gubernatione sunt rationabiliter ordinata. ibi. Quo fit primo dicit. eas series fati de qua dictum est mouet celum ac pro et sydera: temperat elementa in se inuicem: ne totaliter se corumpant: et transformat ipsa alterna commutatione: ita quod ex aqua fiat aer et econuerso: et eadem series fati renouat omnia nascentia et occidentia id est mouentia per similes progressus fetuum quo ad animalia: et seminum quo ad vegetabilia: et fatum etiam constringit indissolubili connexionem causarum actus id est operationes et fortunas hominum: que omnes res cum proficiantur id est procedant ab exordiis diuine providentie necesse est ipsas esse immutabiles. Ita enim res optime reguntur id est gubernantur: si simplicitas manens in diuina mente promat id est explicet: indeclinabilem id est immutabilem ordinem causarum. Sic autem: ordo diuine providentie coherceat propria incommutabilitate res mutabiles: et alioquin temere id est casualiter fluituras.

Notandum quod fatum consideratur dupliciter. Uno modo ut est in causis secundis quarum ordo et dispositio dicitur fatum: et sic fatum est mobile: et res fato subiacentes sunt mobiles. Alio modo consideratur fatum secundum quod dependet a providentia

Liber Quartus

ca diuina que omnino immobilis est: et sic fatum sortitur immobilitatem: et sic etiam res fatales: ut sic secundum substantiam sunt immobiles. Notandum quod si aliquid posset declinare ab ordine prouidentie: tunc prouidentia diuina deficeret a suo effectu: et hoc redundaret in impotentiam regentis. Et si dicis si omnia subiacent prouidentie diuine: ergo omnia eueniunt ex necessitate. Dicendum quod non: quia deus prouidet res sicut sunt future: quedam prouidet necessario euentu: et quedam contingenter: et de hoc videbitur magis in quinto huius.

Quo fit. Dic philosophia ostendit quod ea que apparet in rebus confusa in diuina gubernatione sunt ordinata dicens. Quo fit id est ex hoc quod diuina prouidentia inuitabilem ordinem rebus constituit: sequitur ut et si uobis ualens tibus considerare hunc ordinem rerum uideantur nobis omnia confusa et perturbata: nihilominus tamen modus suus id est ordine proprius diuine prouidentie disponit cuncta dirigens ea ad bonum. nihil enim est quod causa mali: nec etiam ab ipsis improbis quos bonum querentes prauus error euerit ut prius demonstratum est: neque id est multominus ordine fatalis proficiscens de cardine summi boni id est ab ipso deo: deflectat a suo exordio id est a deo qui est finis et principium omnium.

Notandum quod dicit malos nihil facere causa mali: cuius oppositum patet. multi enim mali seipsum interimunt. dicendum quod nullus operatur respiciens ad malum: quia omnia bonum appetunt. Si autem quis malum operatur: hoc contingit sub fantasia boni. Nam aliquis in magna anxietate existens estimat esse bonum fugere anxietatem: et nihil aliud ipse considerans sequitur hanc estimationem seipsus interficiens: et talis priuans se bono ducitur fantasia boni: quia pro tunc putat bonum esse effugere anxietatem priuatione uite.

Que uero iniquitas potest ulla iniquior esse confusio. Dic philosophia soluit questionem quare bona malis et mala bonis contingant. Et primo hoc ostendit in generali. secundo magis in speciali ibi. Sed sit aliquis. Primo assignat causam predicti accidentis ex defectuoso iudicio hominum. secundo ex contrario iudicio dei et hominum ibi. Nam ut pauca. Primo facit quod

tenere futuram propria incommutabilitate coherceat. Quo fit ut tametsi uobis hunc ordinem minime considerare ualentibus confusa omnia perturbataque uideantur: nihilominus tamen suus modus ad bonum dirigens cuncta disponit. Nihil enim quod mali causa nec ab ipsis quidem improbis fiat quos ut uerissime demonstratum est bonum querentes prauus error euerit: neque enim ordo de summi boni cardine proficiscens a suo quemque deflectat exordio. Que uero iniquitas potest ulla iniquior esse confusio: quam ut bonis tum aduersa tum prospera: malis etiam tum optata tum odiosa contingant. Nam igitur ea mentis integritate homines detegunt: ut quos probos improbosue censuerunt: eos quoque uti existimant esse necesse sit. Atqui in hoc hominum iudicia depugnant: ut quos alij premio

Prosa sexta

dicitur est. Secundo declarat per se simile. ibi. Non enim dissimile. Primo dicit **D. B.** tu inquit que potest esse vlla iniquorum confusio q̄ vt bonis aliquando prospera aliqua do aduersa eueniant: cum semper bonis deberent prospera euenire & malis per contrariuz: aliquando contingat oprata: aliquando odiosa: cum semper malis deberent odiosa euenire. dicit philosophia. Num pro nunquid homines degunt id est viuunt ea integritate id est integro iudicio mentis: vt necesse sit eos esse probos vel improbos: quos ipse censuerint id est iudicant esse tales.

alii supplicio dignos arbitrantur. Sed concedamus vt aliquis possit bonos malos discernere. Non igitur poterit intueri illam intimam temperiez velut in corporibus dici solet animorum. Non enim dissimile est miraculuz nescienti cur sanis corporibus his quidem dulcia: illis vero amara conueniant. Cur egri etiam quidam leuibus: quidam vero acerbis adiuuantur. Ad hoc medicus qui sanitatis ipsius atq; egritudinis modum temperamentuzq; dinoscit minime miratur. Quid vero animorum aliud salus videtur esse q̄ probitas. Quid egritudo q̄ vicia. quis enim alius vel seruator bonorum vel malorum depulsor q̄ rector ac medicator me

gritate id est integro iudicio mentis: vt necesse sit eos esse probos vel improbos: quos ipse censuerint id est iudicant esse tales. Atqui pro certo in hoc depugnant id est contrariantur iudicia hominum: vt quos alij premio: alij arbitratur dignos supplicio. sed concedamus vt aliquis possit discernere bonos vel pro vel malos. Num pro nunquid ipse poterit intueri: illam intimam temperiem. i. interiorem conditionem & qualitate animorum veluti solet dici in corporibus. q. d. Ego loquor de animis secunduz q̄ homines consueuerit loqui de corporibus. Notanduz q̄ propter defectuosum iudicium hominum contingit q̄ iudicant eos esse bonos qui mali sunt & econs

uerso. si ergo iudicant malos esse bonos & si illis eueniant mala: putant bonis euenire mala: & si bonis quos iudicant malos eueniant bona: putant malis euenire bona. Et ideo etiam sepe putant bonos deprimi cum mali deprimuntur iudicantes malos esse bonos: & putant malos extolli cum boni extolluntur: quia iudicant bonos esse malos.

Sustulit collo preciumq; rursus
Ultimi celum meruit laboris.
Ite nunc fortes vbi celsa magni



Lacus euandri satiauit iras. Hic ponit decimum laborem. Ubi notandum qđ cacus fuit monstrum euomens ignem per os: cuius pater fuit vulcanus. manebat autē Lacus in monte auentino spolians & occidens homines: & furto plurimum insistens. Cum autem Hercules veniret de hispania ducens secum multos boues: cacus quosdam boues herculis furabatur: & traxit eos in antrum suum retrosum per caudas: ne furtum pateret. cum autem hercules quereret boues: per mugitum vnius bouis peruenit ad antrum caci: quo extracto ipsum interfecit: cuius morte placata est ira euandri quem idem cacus multum offenderat. Unde dicit. cacus supple morte sua quam passus est ab hercule: factiuit id est compescuit iras euandri quē cacus multū offenderat.

Quosq; pressurus foret altus orbis. Hic ponit vndecimum laborem herculis. Ubi notandum qđ in archadia erat quidam aper deuastans totam regionē. quem cū hercules agitare: aper sibi insultans humeros herculis spuma maculauit: quem ap̄randem interfecit. Unde dicit. Setiger id est aper gerens seras: notauit id est maculauit humeros herculis supple spuma vel saliuā: quos humeros altus orbis foret id est erat pressurus: quia vt statim patebit hercules humeris suis celum sustulit. **U**ltimus celum labor in reflexo. Hic ponit duodecimum & vltimum laborem eius. Ubi notandum qđ atlas fingitur fuisse quidam gigas supportans celum humeris suis. Hic fatigatus rogauit herculem vt celum supportaret quousq; ipse respiraret: quod & hercules fecit: & per hoc celum meruit. Unde dicit vltimus labor herculis fuit quod sustulit id est supportauit celum: collo in reflexo id est inclinato: & rursus meruit celum tanq̄ precium vltimi sui laboris.

Adetuz septimū

Itē nunc fortes vbi celsa magni. Hic hortatur philosophia admirationem predicto-
rum virorum fortium dicens. Itē nunc fortes resistentes aduersitatibus: ite illic vbi di-
cit via celsa id est ardua magni herculis que est via virtutū: et via magni exēpli ad ag-
grediendum fortia: et tunc inuebitur contra tardos et viciosos dicens. Cur vos inertes
id est homines sine arte sicut homines desidiosi: cur nudatis terga id est dorsa ves-

tra fugiēdo labores et ad-
uersa. nam tellus id est ter-
rena concupiscentia sepa-
rata donat homini sydera
id est celū: quia superata terrena
concupiscentia efficitur ho-
mo dignus celo quod est lo-
cus deorum et spirituum.
Nam secundum Aristotele
secundo celi et mundi. Om-
nes cum locum qui sursum

**Explicit exempli via: cur inertes
Terga nudatis superata telus:
Sydera donat:**

Explicit liber quartus.

est deo attribuunt: et barbari et greci quicumque putant deos esse. de quo loco dicit Pla-
to in sedrone. Clari speculatiui viuentes: secundū vitāz contemplatiuam celestes sedes
recipiunt: in quibus felicitate deorum potiuntur: qua felicitate nos faciat participes
iesus christus qui est deus super omnia benedictus in secula seculorum Amen.

Explicit liber quartus Boetij de consolatione philosophic.

Dixerat orationisq; cursus. Hic incipit quintus liber Boetij de consolatione philosophiae cuius est prima prosa: in qua philosophia vult soluere quedam dubia sua de terminationem consequentia de fato et providentia. videtur enim ex dictis quod casus non sit: quia si omnia sint provisum: ita quod nihil eueniat praeter ordinem diuinae providentiae: videtur quod nihil casualiter euenit: quia casus importat euen-

tum inopinatum. Item videtur ex dictis quod liberum arbitrium non sit: quia omnia disponuntur secundum ordinem fatalis necessitatis: liberum autem arbitrium necessitatem excludit. videtur ergo si ponitur providentia et fatum quod omnino excludatur liberum arbitrium. philosophia ergo in presenti libro inquit utrum casus sit et quid sit: et inquit utrum liberum arbitrium sit ponendo argumenta quibus liberum arbitrium cum providentia diuina non videtur posse stare. post hoc ponit falsam solutionem quorum quaedam quam improbat: et ponit propriam quam rationibus confirmat: et de eternitate determinat: et alia plura sicut patebit. Et dividitur iste liber in undecim partes: quia sex sunt proae et quinque metra eius: quae partes et quae in ipsis determinantur patebunt in processu libri. in prima prosa determinat de casu. et primo Boetius agit acta philosophiae commendans eius exhortationem factam: et mouet questionem de casu. Secundo philosophia se ab eius determinatione: et Boetius illam excusationem res-mouet. Tertio philosophia determinat de casu. Secunda ibi. Tum illa festino. tertia ibi. Tum illa morem. Primo dicit. philosophia dixerat haec predicta: et vertebat cursum orationis id est sermonis ad tractanda quedam alia atque expedienda. tunc ego Boetij. inquit philosophia recta est exhortatio tua facta et prorsus est dignissima auctoritate: sed quod tu dudum dixisti sexta prosa quarti libri questionem de providentia implicaram esse pluribus alijs scilicet questionibus: ego experior re id est realiter. quero enim an arbitreris id est arbitreris casum omnino aliquid esse supple id rerum natura: et quidnam arbitreris esse casum supple in rerum natura.

Nota per hoc quod dicit Boetius dixerat: inuit philosophiam iam expediuisse quae ad sui speculationem spectabant: et ita determinasse principalem huius libri in euntio-nem. et philosophia vertebat cursum orationis id est orationem currentem: quia oratio philosophiae non impediatur ignorantia docentis: nec tarditate discantis: hanc orationem vertebat ad quedam alia tractanda. quae autem fuerunt illa Boetius non exprimit: quae forsitan sua opinione minus erat desideranda: vel forsitan quantum ad propositum extranea.

Libri quinti prosa prima:

Dixerat orationisq; cursus ad alia quedam tractanda et expedienda vertebat. Boe. Tum ego. Recta quid exhortatio tuaque prorsus auctoritate dignissima: sed quod tu dudum de providentia questionem pluribus alijs implicaram esse dixisti experior. Quero enim: an esse aliquid omnino: et quidnam esse casus arbitreris: Philosophia. Tum illa. Festino inquit debitum promissionis absol-uere: viamque tibi qua patriam reueharis

Prosa prima

Notandum q̄ dicit exhortationem philosophie fuisse rectam: quia philosophia hortabatur ad virtutes et ad contemptum fortuitorum. talis autem exhortatio que fit ad bonum prosequendum et ad malum fugiendum recta est. et dicit exhortationes philosophie esse dignissimam auctoritatem: quia quod a sapientibus dicitur auctoritate sapientis dignum reputatur. **T**um illa festino inquit. Dic philosophia excusat

perire. hec autem et si perutilia cognita tamen a proposito nostri tramite paulisper aduersa sunt. Verendumq̄ est ne de uis fatigatus ad emetiendum rectum iter sufficere non possis. **B**oetius. Ne id inq̄ proorsus vereare. Nam quietis mihi loco fuerit ea quibus maxime delector agnoscere simul: cum omne disputationis tue latus indubitata fide constiterit: nihil de sequentibus ambigatur. **P**hilosophia. **T**um illa morem inquit geram tibi simul q̄ sic exorta est siquidem inquit aliquis euentum temerario motu nullaq̄ causa

se de huius opinionis vel questionis determinatione: et Boetius illam excusationem remouet dicens. Philosophia inquit. ego festino absolvere id est perficere debitum promissionis: et aperire tibi viam qua reueharis ad patriam. hec autem que tu queris de casu et si pro quibus sunt perutilia cognita id est cognitione: tamen paulisper aduersa sunt a tramite id est via nostri propositi. et dicit paulisper: quia non sunt totaliter aduersa sed aliquatulum lucidant premissa. et est verendum id est timendum ne tu fatigatus deuis id est questionibus extraneis non pos

sis sufficere ad emetiendum id est transeundum rectum iter. dicit Boetius. **P**hilosophia ne illud vereare id est non timeas: quia hoc fuerit mihi loco quietis agnoscere ea quibus maxime delector: et cum omne latus id est omnis constantia tue disputationis mihi constiterit fide indubitata: nihil est quod ambigatur de sequentibus. **N**otandum q̄ dicit qua via reueharis patriam. hic patriam vocat beatitudinem quam prius inuenire docuit. illa autem per que homo peruenit ad ipsam sunt virtutes de quibus Boetius intendebat agere: non in hoc libro: sed in vltimis libris musice sue agendo de musica humana. intentionem autem suam non compleuit: quia a rege Theodorico morte preuentus fuit. **T**um illa morem inquit. Dic philosophia determinat de casu soluendo premissas causas et questiones. **P**rimo soluit primam an casus sit. **S**ecundo secundam quid sit casus ibi. **L**icet igitur. **P**rimo ostendit quid significetur per nomen casus ponendo quorundam. **S**ecundo improbat illam opinionem ibi. **Q**uis enim. primo dicit. **B**oetius. ego geram tibi morem. id est conformabo me voluntati tue: et simul sic est exorta. id est sic incepit si aliquis diffiniat quo ad nomen dicens casum esse euentum productum motu temerario id est improviso: et nulla conuexione causarum. **E**go philosophia summo casum sic omnino nihil esse: et decerno id est iudico vocem casus proorsus esse inanem preter significationem rei subiecte: sicut hec vox chimera inanis est. **N**otandum q̄ quibus questio si est precedit questionem quid est secundum quod questio quid est querit de quiditate rei: quia quid est rei nulli debet nisi enti: tamen questio quid est querens de quod quid est nominis est prima cognitio: et ideo ex quo quid est nominis: oportet scire de

Liber quintus

aliquo si est. Propter hoc philosophia ad querendum de casu utrum sit vel non: accipit quod quid est: quod significatur per nomen. et dicit. Si aliqui dicunt casum esse eventum temerarium sine omni causa productum: ego video vocem casus esse inane tanquam sibi nihil correspondeat in re. Quis enim cohercente. Hic philosophia improbat opinionem istam ostendens casum nihil esse secundum eam, secundo soluit questionem secundum rei veritatem ibi. Aristoteles meus. Primo ponit unam rationem. Secundo alias ibi. Nam nihil. Antiqui dicebant quod casus est eventus temerarius id est improvisus. contra hoc arguit philosophia sic. Ubique omnia sunt provisa ibi nihil est temerarius: sed omnia que sunt provisa sunt a deo: ergo inter ea que sunt nihil est temerarius. Hanc rationem brevier in littera dicens. Quis enim locus ullus potest esse relictus id est relictus: temeritati id est improvisi deo cohercente cuncta in ordinem scilicet provisa: quasi dicat nullus.

Notandum quod omnia a deo sunt provisa. cuius ratio est. Quorumcumque deus est causa: omnia talia provisa sunt a deo: sed deus est causa omnis entis: ergo omnia entia a deo sunt provisa. quod autem deus sit causa omnis entis patet: quia ab ipso dependet celum et tota natura ut patet ex duodecimo methaphysice.

Nam nihil ex nihilo existere vera sententia est: cui nemo et cetera. Hic ponit alias rationem probantem: quod casus non potest esse sine omni causa productus sicut dicebant antiqui. et arguit sic. Quod est ex nihilo nihil est: sed quod est ex nulla causa ex nihilo est: ergo quod ex nulla causa est nihil est: sed secundum antiquos casus est ex nulla causa: quia est productus sine omni connectione causarum: ergo casus nihil est. unde dicit in littera. Vera sententia est cui nemo unquam veterum refragatus est id est contradicit: scilicet ex nihilo nihil existere. quamquam illi antiqui illam propositionem ex nihilo nihil existere iecerint id est posuerint: quasi quoddam fundamentum non de operante principio scilicet de deo creatore: quia ille ex nihilo aliquid fecit: sed intellexerunt hoc de naturali subiecto id est de tota natura fundata in materia: et exponit seipsum dicens. Hoc est de natura omnium rationum id est de materia que est subiectum formarum naturalium: sed si aliquid oritur ex nullis causis: id videtur esse ortum ex nihilo: sed hoc fieri nequit ut aliquid oriatur ex nihilo: ergo non est possibile casum esse huiusmodi id est talem quale paulo ante diffiniimus. secundum antiquos quod sit eventus

rum connectione productus casum esse definiat nihil omnino casum esse confirmo: et preter subiecte rei significationem inane proorsus esse vocem decerno. Quis enim cohercente in ordinem cuncta deo locus esse ullus temeritati reliquus potest. Nam nihil ex nihilo existere vera sententia est: cui nemo unquam veterum refragatus est: quamquam id illi non de operante principio: sed de materiali subiecto: hoc est omnium de natura rationum: quasi quoddam fundamentum iecerint. At si nullis ex causis aliquid oriat: id de nihilo ortum esse videtur. quod si hoc fieri nequit: nec casus quidem huiusmodi esse possibile est quale paulo ante diffiniimus. B.

prosa prima

temerarius sine connexione causarum. Quid ergo dicendum est de casu. querit Boetius. Est ne nihil in re natura quod iure possit appellari casus vel fortuitum: vel est aliquid tamen pro quibus lateat vulgus: cui ista vocabula conueniant.

Notandum quod hec propositio ex nihilo nihil existere vera est in comparatione ad

causam particularem que in sua actione presupponit materiam: tamen in comparatione ad causam vniuersalem que est causa totius entis non est vera. unde dicimus deum omnia creare se ex nihilo et fide tenemur: sed antiqui de isto modo productionis per creationem non loquebantur sed primo modo. Unde Aristoteles primo physicorum. Impossibile est aliquid fieri ex his que non sunt. in hac enim opinione conueniunt omnes qui de natura sentiunt. Aristoteles meus id inquit in physicis. De philosophia soluit questionem de casu. Et primo ostendit eam esse solutam ab Aristotele: et ostendit modum eius. Secundo declarat quod casus licet non habeat causas per se: habet tamen causas per accidens ibi. Hec sunt igitur. Primum dicit. Aristoteles meus id est doctrina mea nutritus et deditus diffiniuit casum in physicis id est in

Quid igitur inquit. Nihil ne est quod vel casus vel fortuitum iure appellari queat. An est aliquid tamen vulgus lateat: cui ista vocabula conueniant. Philosopho. Aristoteles meus id inquit in physicis et breui et veri propinqua ratione diffiniuit. Boetius. Quona inquit modo. Philosophia. Quotiens ait aliquid cuiuspiam rei gratia geritur: aliudque quibusdam de causis que quod intendebatur obtingit casus vocatur: ut si quis collendi agri causa fodiens: humum defossum auri pondus inueniat: hoc igitur fortuito quidem creditur accidisse: verum non de nihilo est. Nam proprias causas huiusmodi quarum improuisus inopinatusque concursus casus videtur operatus. Nam nisi cultor agri humum foderet: nisi eo loci pecuniam suam depositor obruisset: aurum non esset inuentum

secundo physicorum breui ratione: et propinqua veri id est veritati. et querit Boetius. Quonam inquit modo. dicit philosophia. Quotiens aliquid geritur id est fit gratia cuiuspiam rei id est alicuius rei et aliud obtingit quibusdam de causis que quod intendebatur: illud vocatur casus: ut si aliquis causa collendi agri fodiens humum inueniat pondus auri defossum: hec inuentio auri creditur fortuito id est a casu: accidisse: verum pro se talis euentus casualis non est de nihilo id est de nulla causa: sicut dicebat diffinitio antiquorum. Nam euentus casualis habet proprias causas quarum concursus inopinatus et improuisus supple ab eo qui aliquid fecit causa alterius rei videbitur operatus esse casus. nisi eius cultor agri foderet humum que supple fossio est vna causa inuentiois auri: et nisi eo loci. id est loco depositor obruisset. id est abscondisset pecuniam suam que est alia causa inuentiois

Liber quintus

auri aurum non esset inuentum. Notandum quod casus secundum Aristotelem est quando aliquid fit propter aliquem finem: ut fossio agri propter seminationem: si aliquid aliud euenit ex quibusdam causis preter hoc quod intendebatur: hoc est casus: ut intentio thesauri est casualis est que non intendebatur a fossore agri. Ex quo patet quod inuentio thesauri est casualis: non ideo quod non est prouisa a deo: sed quia non est prouisa ab homine: et ita casus nihil est quo ad deum sed est aliquid quo ad hominem preter cuius intentionem et prouisionem euenit.

Hec sunt igitur fortuiti. Sic ostendit philosophia quod licet casus habeat causas: non tamen habet causas per se: sed per accidens dicens. Hec igitur sunt cause fortuiti compendij id est fortuiti euentus quod fortuitum compendium prouenit ex causis obuijs et confluentibus: non ex intentione gerentis. Non enim ille qui aurum obruit: vel qui agrum exercuit id est fodit intendit ut ea pecunia reperiretur: sed ut dixi preter gerentis intentionem euenit hunc fodere quo ille obruit pecunia et occurrit supple inuentio pecunie.

Notandum quod causa efficiens non agit nisi moueatur a fine. Finis autem non mouet nisi secundum quod est in intentione: et ideo respectu illius effectus qui est in intentione agens est causa per se si aliquid contingat in actione preter intentionem agentis illius: agens est causa per accidens: et sic casus quia contingit preter intentionem agentis: non habet causam agentem per se sed per accidens. Licet igitur diffinire.

Hic philosophia soluit secundam questionem ostendendo quid sit casus. Concludit ergo diffinitionem eius ex iam dictis dicens. Licet igitur diffinire casum esse euentum inopinatum ex causis confluentibus in his que geruntur ob aliquid aliud. Tunc ostendit quomodo effectus casualis cadit sub ordine prouidentie. dictum est enim quod casus prouenit ex causis confluentibus. quod autem cause confluant hoc prouenit ex ordine prouidentie. unde dicit. Causas vero concurrere et confluere facit iste ordo supple fatalis procedens inuitabili conuersione scilicet causarum: qui descendens supple ordo de fonte prouidentie cuncta disponit suis temporibus et locis.

Notandum quod diffinitio casus est bona: quia per eam casus distinguitur ab alijs. per hoc quod dicitur casus est euentus inopinatus excluditur effectus necessario eueniens: ut ut frequenter sicut solem oriri vel hominem nasci cum quinque digitis in una manu. talia enim non eueniunt casualiter et inopinate. per hoc quod dicitur ex confluentibus causis ex

Adetrum primum

cluditur casus primo modo dictus: qui secundum antiquos ponebatur productus ex nulla connexionione causarum. per hoc autem quod dicitur in his que geruntur ob aliquid aliud per hoc excluditur a casu casualitas per se. casus enim et fortuna sunt cause per accidens: et sunt preter intentionem agentis.

Adetrum primum quinti libri.

Adetrum primum quinti libri.

Rapis achemenie scopolis ubi versa sequentum

Pectoribus figit spicula pugna fugax
Ligris et eufrates uno sese fonte reuoluunt
Et mox adiunctis dissociantur aquis:
Si coeant cursumque iterum reuocent in unum
Confluat alterum quod trahit unda vadi.
Conueniant pupes et vulci flumie trunci
Adiunctaque fortuitos implicet unda modos

Rapis achemenie scopolis. Istud est primum metrum illius quinti quod dicitur metrum elegiacum: et primum metrum est dactylicum hexametrum. Secundum est trochaicum penthemeterium vel dactylicum penthemeterium. In quo philosophia ostendit quomodo euentus casualis se habet ad prouidentiam diuinam. Est autem materia exempli quod tigris et eufrates sunt duo flumina ab eodem fonte procedentes qui postea ab inuicem diuiduntur: et si iterum con-

currant necesse est naues et alia que per ista flumina deferuntur concurrere: qui quidem concursus prouenit in quantum reguntur de cursu istorum fluminum: et tamen est preter intentionem istorum qui regunt naues. eodem modo concursus carum casualis quomodo sit preter intentionem ipsorum agentium: tamen concurrunt secundum defluxum ordinis fatalis ex regimine diuine prouidentie. et quomodo nobis ignorantibus ordinem diuine prouidentie videatur aliquid casuale et fortuitum: tamen in comparatione ad deum omnia sunt ordinata et prouisa. vnde dicit in littera. Tigris et eufrates resoluunt sese uno fonte: scopolis. id est concauitatibus rupis achemenie. id est montis parthie ubi se in parthia fugax pugna versa spicula. id est sagittas figit pectoribus sequentium. Est etiam consuetudo partium quod fugiendo pugnant sagittando a tergo persequentes: et mox. id est post paruum spatium tigris et eufrates dissociantur ab iunctis aquis supple alijs: et si dicuntur iterum coeant. id est conueniant et reuocent in unum cursum confluat. id est oportet confluere illud quod unda alterum vadi. id est vtrumque fluminis trahit. id est secum ducit: et conueniant pupes et trunci vulci id est eradicati: flumine id est per flumen: et unda mixta id est confluens: implicet id est implicabit fortuitos modos: quia unda facit concurrere fortuitum naues et truncos: quos tamen vagos casus id est casuales euentus: regit ipsa declinata terre id est depressio terre dantis viam flumini: et defluus ordo lapsi gurgitis id est currentis aque regit illos vagos cursus: et ita est de euentu casuali respectu prouidentie. vnde dicit. fors id est casus vel fortuna que videtur fluitare: permissis habens id est sine regimine: illa patitur frenos id est regimina: et meat id est transit: ipsa lege id est per ipsam legem diuine prouidentie.

Nota quod scribitur in genesi. Tigris et eufrates sunt flumina quorum ortus est in paradiso. Sed Hieronymus auctoritate Salustij dicit quod ortus tigris et eufratis demonstrantur in armenia id est in parthia: cui videtur Boetius consentire. Beatus

Liber quintus

autem Augustinus super genesim ad litteram istam contrarietatem concordat dicens. Illud contingit in istis fluminibus quod in alijs experimur: scilicet quod aliquando absor-
bentur a terra et iterum oriuntur: et quia hoc sepe potest contingere: ideo de ortu ipsorum
suum ortum diuersa possunt dici. quando enim Moyses dicit in genesi quod oriuntur in
paradiso: potest intelligi de prima origine eorum: sed quod dicitur ab alijs quod alias ori-
antur: potest intelligi de or-
tu eorum: secundo. No-
tandum quod partia est res
quo quedam que alio no-
mine dicitur archemena.
vnde dicitur hoies partia
qui vincunt hostes suos fu-
giedo sagittas a tergo mis-
tendo: et sic amor vincendo
fugiendo. vnde poeta dicit.
Qua specie martis cedit
victoria partia. Cyprus
ea parte simili quoque vni-
citur arte. Cyprus id est ve-
nus que colebatur in cypro:
et pauper herie. Proscri-
bas igitur gladijs et fustib?
ipsi supple amores: et fugi-
endo fuga quem iuga so-
la fugat.

Prosa. ij. quinti libri.

Animaduerto inquit.
Hic incipit secun-
da. psal. huius quinti:
In qua incipit determi-
nare de conuenientia liberi ar-
bitrii ad prouidentiam diuinam.

Et primo querit an liberum arbitrium possit stare cum prouidentia diuina. et philoso-
phia probat liberum arbitrium esse. Secundo ostendit quomodo diuersificatur in di-
uersis. et tertio ostendit actus liberi arbitrii cadere sub prouidentia diuina. secunda
ibi. Sed hanc. Tertia ibi. Que tamen. Primo dicit. Animaduerto inquit id est co-
gnosco quomodo casus stat cum prouidentia: et ita consentio sicut dixisti: et querit
Boetius. est ne vlla libertas arbitrii in hac serie causarum sibi herentium: an fatalis
catena id est fatalis necessitas: constringit motus id est effectus humanorum ani-
morum. Tunc philosophia probat liberum arbitrium esse dicens. Libertas arbitrii est
non obstante predicta connectione causarum. neque enim fuerit id est esse poterit vlla ra-
tionalis natura quin libertas arbitrii eidem assit. et accipitur hic rationalis natura
large pro omnino eo quod habet cognitionem intellectiui. probat autem quod omni na-
ture rationali iussit liberum arbitrium dicens. Illud quod potest naturaliter vni ratione id
est iudicium quo discernat vniquodque: igitur per se dinoscit. id est discernit fugienda et optanda. quod

Quos tamen ipsa vagos terre decliua casus
Surgitis et lapsi defluus ordo regit
Sicque permixtis fluitare videtur habentis
Sors patitur frenos ipsaque lege meat.

Prosa secunda quinti libri.

Animaduerto inquit: idque vni tu di-
cis ita esse consentio. Sed in hac
herentium sibi serie causarum est:
ne vlla nostri arbitrii libertas an ipsos que
humanorum motus animorum fatalis ca-
tena constringit. Philosophia. Est ne
inquit. neque enim fuerit vlla rationalis na-
tura quin eidem libertas assit arbitrii. Nam
quod ratione vni naturaliter potest: id ha-
bet iudicium quo quodque discernat: per se
igitur fugienda optandaque dinoscit.

Prosa secunda

autem quis iudicat optandū: id petit id est prosequitur et refugit illud quod estimat esse fugiendum: quare quibus inest ratio: illis inest libertas volendi et nolendi. potest ergo ratio sic formari. Omne quod potest vti ratione habet iudicium cognoscendi fugienda et optanda: sed quod quisque iudicat optandum prosequitur: et quod iudicat fugiendum hoc refugit: ergo omne quod potest vti ratione habet libertatem volendi et no-

Quod vero quis optandum iudicat esse petit: refugit vero quod estimat esse fugiendum. Quare quibus inest ratio: illis etiam inest volendi nolendiq; libertas.

Sed hanc non in omnibus equam esse constituo. Nam supernis diuinisq; substantijs: et perspicax iudicium: et incorrupta voluntas: et efficax optatorum presto est potestas. Humanas vero animas liberiores quidem esse necesse est: cum se in mentis diuine speculatione conseruant. minus vero cum dilabuntur ad corpora minusq; etiam cum terrenis artubus caligantur. extrema vero est seruitus cum vicijis dedite rationis proprie possessione ceciderint. Nam vbi oculos a sum-

causa iudicij. homo autem non solum cognoscit finem et ordinata in fine: sed cognoscit ea vniuersaliter vel per modum collationis: vel per modum sillogisticum. etiam homo suū iudicium iudicat et discernit: quia intellectus est virtus pueria supra se. Sed hanc non in oib; . Dicuntur pbia quomodo liberū arbitrium diuēficat in diuersis. s. in angelis et hoibus dicens. Hanc. s. libertatem arbitrij non constituo esse equam. i. equalem in oibus: quia maior est in substantijs diuinis q̄ in hoibus. Nam supernis et diuinis substantijs inest perspicax iudicij. i. infallibile iudicij: et inest eis incorrupta voluntas. i. inflexibilis ad malum: et in eis est presto. i. parata efficax potestas optatorū quia non est in eis impedimentū executōis. Humanas vero aīas necesse est esse liberiores quando conseruant se in speculatione diuine mentis: minus vero libere sunt cū dilabunt ad corpora. i. ad curam rerum corporalium: et adhuc minus libere sunt: cum caligantur terrenis artub; . i. affectibus quibus min; resistere possunt passionibus insurgentibus. Extrema vero. i. maxima est seruitus animarū quando dedite vicijis ceciderint a possessione proprie rationis q̄ regi. i. dirigi debeāt in agendo. Nam vbi id est post q̄ anime deiecerint oculos rationis et intellectus a luce summe veritatis ad inferiora et tenebrosa id est ad terrena et carnalia: mox caligantur. i. obscurantur nube inscitie id est ignorantie: et turbantur perniciosis affectibus id est passionibus quibus acce-

lendi. Notandum q̄ dicit illud qd̄ vtitur ratione habet iudicij q̄so discernat vnumquodq;. hoc dicit ad differentiam iudicij naturalis qd̄ est in brutis quo non iudicatur vni; quodq; agendum: sed alit̄ qd̄ particulare: sicut ouis non iudicat de quolibet fugiendo: s; tantū de lupo. et apes non habent industriam ad faciendum alit̄ quod opus: nisi ad fauos mellis: sed iudicij ratiois ē de quolibet que agunt.

Notandum q̄ dicit habens rationis iudicium per se iudicat prosequendum vel fugiendum. licet enim bruta quodam modo cognoscant fugienda vel prosequenda: tamen per se: quia non sunt

Liber quintus

ad doloꝝ consentiendo : adiuant id est augmentant seruitutem quam sibi inuexere id est induxerunt: et anime viciosorum sunt quodammodo captiue propria libertate.

Notandum q̄ liberum arbitrium est libertas iudicandi et exequendi res. vel secundum Boetium super primo periamenias liberum arbitrium est de voluntate iudicium animi nullo extrinseco: aut violenter cogente: aut violenter impediente. nullo cogente ad faciendum quod displicet: nullo impediente ne fiat quod placet.

Notandum q̄ liberum arbitrium in duobus consistit: et in libertate iudicandi: et in libertate exequendi iudicata. Primum scilicet libertatem iudicandi impedit ignorantia: sed libertatem exequendi impedit impotentia executionis et corruptio voluntatis. quandoq; enim possumus bonum perficere: tamen voluntate corrupta vicio non perficimus. in substantiis autem separatis non est ignorantia iudicandi: nec impotentia perficiendi: nec corruptio voluntatis: ergo in eis est maxima libertas arbitrii. Intelligentie enim in nullo falluntur: ergo habent perspicax iudicium: et nunquam volunt nisi bonum: ergo inest eis incorrupta voluntas: et possunt perficere quicquid desiderant: ergo in eis est efficax potestas operatorum.

Notandum q̄ quidam dixerunt fuisse de intentione Platonis animas humanas simul esse creatas in celo: et postea descendere in corpora: et in eis detineri tanquam in vinculis. secundum illos gradus libertatis animarum humanarum quas ponit in littera sic distinguuntur: scilicet q̄ anime cum sint in celo create in contemplatione diuine mentis sunt maxime libere. cum autem iam sunt colligate corporibus: adhuc sunt minus libere: sed minima libertas est in eis quando subduntur viciis. ista tamen expositio non reget secundum veritatem: ideo aliter exponitur: q̄ illas animas necesse est esse liberos que contemplationi diuine inseruiunt: ut anime virtuosorum et contemplatiuorum quorum conuersatio in celis est. Ille autem sunt minus libere que dilabuntur ad corpora id est que descendunt ad curam rerum temporalium: sicut sunt practici qui negotiantur circa bona temporalia ad communem utilitatem dispensanda. adhuc minus libere sunt anime que terrenis artibus colligantur id est que descendunt ad curandum proprium corpus et propriam utilitatem. minime autem libere sunt que subdite vitijs rationem amittunt. viciosus enim non vnius tantum domini est seruus: sed tot dominorum quot vicioꝝ secundum beatum Augustinum.

Que tamen ille. Hic ostendit philosophia quomodo actus liberi arbitrii cadunt sub providentia diuina: quia propter hoc q̄ diuina cognitio se extendit ad omnia dicens, que omnia dicta quo ad diuersos gradus libertatis et quo ad omnes actus in-

me luce veritatis ad inferiora et tenebrosa deiecerint mox inscie nibe caligantur: perniciosis turbantur affectibus. Quibus accedendo consentiendoq; quam inuexere sibi adiuant seruitutez: et sunt quodammodo propria libertate captiue. Que tamen ille ab eterno cuncta prospiciens providentie cernit intuitus: et suis queq; meritis predestinata disponit

id est omnia videt et omnia audit.

Metrum secundum

de prouidentescernit ille intuitus prouidentie diuine cuncta prospicere: 7 queq; s; destinata disponit suis meritis reddendo bonis bona 7 malis mala: 7 hoc confirmat auctoritate greca que sonat in latino. *Omnia videt deus 7 omnia audit.* vñ secunduz alios sonat. *Deus illustrat omnia clarius q̄ sol.* Notandum q̄ licet diuina prouidentia ab eterno omnia prospexit: non tamen propter hoc necessitatur liberum arbitri-

um ad faciendum bonum vel malum: quia secundū Aristotelem tertio ethico rum. homo est dominus suarum operationuz a principio vsq; ad finem. Et ergo secunduz merita operationum liberi arbitrij recipit penam vel premiuz.

Metrum secundum libri quinti.

Auro clarum lumine phebun
Melliflui canit oris homerus
Qui tamen intima viscera terre
Non valet aut pelagi radiorum
Infirma prorumpere luce.
Haud sit magni conditor orbis
Huic ex alto cuncta tuenti:
Nulla terre mole resistunt
Non nox atris nubibus obstat
Que sint que fuerint veniuntq;
Uno mentis cernit in ictu
Quem quia respicit omnia solus
Verum possis dicere solem

Metrum secundum
quinti libri.

Auro clarum lumine phebun. Istud est metrum secundum huius quinti quod dicitur archiloicum ab inuatore: dactylicum a pede predominante: In quo philosophia commendat excellentiam diuine cognitionis in comparatione ad solem materiale dicens.

Homerus oris melliflui

id est dulcis eloquentie: canit id est describit: phebun id est solem clarum puro lumine. forsan enim homerus fecit librum de claritate solis: qui scilicet sol non valet prorumpere id est penetrare: intima viscera id est profunda terre: 7 pelagi id est maris: infirma id est debili luce radiorum: haud sit id est non sic habet se conditor magni orbis scilicet deus: sed ipse sua cognitione penetrat omnia: cum nihil possit ipsum latere huic scilicet conditori tuenti id est respicienti cuncta ex alto scilicet celo terre sibi resistunt: nulla mole id est magnitudine sicut obstant radijs solis. nec etiam nox obscura obstat sibi atris nubibus: immo in vno ictu mentis id est in vno mentali intuitu cernit que sunt quantum ad presentia: que fuerint quantum ad preterita: que veniunt quantum ad futura: quem scilicet conditorem: quia respicit omnia solus: tu possis dicere verum solem.

Notandum licet deus omnia cognoscendo preuideat etiam illa que fiunt ex libero arbitrio: voluit tamen quasdam creaturas esse liberi arbitrij: quia hoc magis decet diuinam bonitatem. sicut enim melius 7 nobilius est regnum in quo non tantum seruitur regi a seruis sed etiam a liberis: q̄ vbi tantum seruitur a seruis: Sic melius erit regnum dei 7 decentius ex hoc q̄ sunt aliquę creature libere seruientes: sicut homo et

Libri quintus

Angelus quod si essent sole creature seruiliter operantes: cuiusmodi sunt omnes creature preter hominem et angelus que ex determinatione nature necessitantur ad sua opera.

Prosa tertia quinti libri.

Quam ego in inquit. Hic incipit tertia prosa huius quinti in qua Boetius obijcit contra predicta ostendens non posse simul stare prouidentiam et liberum arbitrium. et primo premitte qd dicta possunt habere dubitationem. secundo ponit rationes dubitationis ibi. Nimum inquit. Primo dicit. Tum p tunc finitur. d. p. ego Boetius inquit. Philosophia rursus ego confundor difficiliori ambiguitate. et qrit philosophia. Quenaz est ista ambiguitas. iam enim coniecto id est iudico quibus tu perturbare id est perturbaris.

Prosa tertia libri quinti.

Quam ego in inquit difficiliori rursus ambiguitate confundor. Philosophia. Quenam inquit est ista. iam enim quibus conturbare coniecto Boetius. Nimum inquit aduersari ac repugnare videtur prenoscere vniuersa deum et esse vlluz libertatis arbitrium. Nam si cuncta prospicit deus neqz falli vllomodo potest: euenire necesse est quod prouidentia futuruz esse preuiderit. Quare si ab eterno non facta hominum modo: sed etiam consilia voluntatesqz prenoscit: nulla erit arbitrij libertas. Neqz eniz vel factum aliud vlluz vel quelibet existere poterit voluntas: nisi si quas nescia falsi prouidentia diuina presenserit. Nam si aliorum quam prouisa

Notandum qd coniecta re est ex aliquibus signis aliquid putare: et sic philosophia coniectat per locum a communiter accedentibus dubitationem Boetij: quia communiter quicumqz loquebantur de prouidentia et libero arbitrio dubitabant de compassibilitate eorum. Nimum inquit. Hic Boetius exprimit suam dubitationem ostendens prouidentiam et liberum arbitrium esse incompatibilia. Primo facit hoc. Secundo excludit quasdam vias quibus aliqui conabantur defendere prouidentiam ibi. Quid igitur. Ad probandum ergo incompatibilitatem predictorum ponit tres rationes. Secunda ibi. Ad hec. Tertia ibi. Postremo. Primo ponit primam rationem. Secundo excludit quamdam solutionem eius ibi. Neqz eniz vel factum aliud. Primo dicit. Nimum videtur aduersari et repugnare deum prenoscere vniuersa: et esse vllum libertatis arbitrium: qd autem ista repugnant probat. Nam si deus prospicit cuncta neqz vllomodo falli potest: necesse est euenire illud quod prouidentia preuiderit esse futurum: quod si non eueniret. falleret prouidentia: quare si ab eterno: non modo id est non tantum facta hominum sed etiam consilia et voluntates prenoscit: nulla erit libertas arbitrij: sed oia euentrent de necessitate. qd aut deus sua prouidentia oia prenoscat declarat. Neqz enim poterit existere aliquod factum vel aliqua voluntas nisi qua presenserit id est pres

Prosa tertia

seuerit̄ prouidentia diuina: nescia id est non potens falli: nec possunt aliter euenire q̄
preuisa sunt. Nam si valent detorqueri alto: sum: scilicet vt aliter eueniant q̄ preuisa
sunt: non erit iam firma prescientia dei: sed potius erit certa opinio: quod iudico ne-
phas credere de deo. Notandum q̄ ex littera sic formatur ratio. Illa que prouis-
dentur in fallibiliter de necessitate eueniunt: sed omnia prouidentur a deo infallibiliter:

sunt detorqueri valent non iam erit futu-
ri firma prescientia: sed opinio potius in-
certa: quod de deo credere nephas iudico.
Neq̄ enim illam probo rationem qua se
quidam credunt hunc questionis nodum
posse dissoluere. Aiunt enim non ideo qd
esse euenturum: quoniam id prouidentia
futurum esse prospexerit: sed econtrario
potius: quoniam quod futurum est: id di-
uinam prouidentiam latere non posset:
eoq̄ modo necessarium est hoc in contra-
riam relabi partem. **¶** Neque enim ne-
cesse est contingere que prouidentur: sed
necesse est que futura sunt prouideri.

Quasi vero que cuiusq̄ rei causa sit
prescientia ne futurorum necessitas sit au-

turum: quoniam prouidentia prospexerit illud esse futurum id est venturum: sed potius
econtrario id est econuerso: quoniam quod futurum est illud non posse latere prouiden-
tiam diuinam: quasi dicat euentus rei est causa prescientie et non econuerso: et ideo ex
euentu debet concludi necessitas prescientie: non econuerso secundum eos: et isto mo-
do necessarium est hoc quod concluditur de euentu relabi in contrariam partem: scilicet
et vt quod concluditur de euentu: hoc concludatur de prescientia. Neq̄ enim necesse ē
contingere que prouidentur secundum eos: sed que futura sunt necesse est prouideri.

¶ Notandum q̄ prior ratio pretendebat q̄ omnia futura de necessitate eueniant:
quia deus futura infallibiliter prouidet. responsio autem quorūdam dicit contrarius.
Dicit enim non ideo: quia deus prouidet futura necessario eueniunt: sed quia futura
sunt: ideo deus ea prouidet.

¶ Quasi vero que cuiusq̄ rei causa sit prescientia. Hic excludit istam responsionē
dicens. Ista responsio procedit quasi laboraretur querendo cuius rei causa sit presci-
entia: vtum sit causa necessitatis futurorum: vel vtum necessitas futurorum sit cau-
sa prouidentie: sed nos nitamur id est laboramus hoc demonstrare: scilicet necessari-
um esse euentum rerum prescientiarum quoquo modo id est quocumq̄ modo se habeat

ergo omnia de necessitate
eueniunt: et sic perit li-
bertas arbitrij.

Notanduz q̄ scientia
dei non est opinio: quia
opinio est eorum que sic et
aliter se possunt habere: et
primo posteriorum. Scie-
tia autem est eorum que
non possunt se aliter habe-
re: ergo scientia dei non ē
dicēda opinio. Neq̄ eiz
illam probo rationes. Hic
philosophia excludit quā-
dam responsionē que pos-
set dari ad predictam ra-
tionem. et primo ponit eā.
secundo eam excludit ibi.
Quasi vero: primo dicit:
Neq̄ eiz probo id est ap-
probo illam rationem id
est responsionem: quia qui-
dam credunt se posse dis-
solvēre nondum id est dif-
ficultatē questionis. Aiunt
eiz non ideo quid esse vē-

Liber Quintus

ordo causarum. Et si propter prescientiam non videatur inferre necessitatem eueniens
di rebus futuris: quod declarat exemplo dicens. Si aliquis sedeat necesse est opinionem
esse veram que coniectat eum sedere: et e conuerso si de aliquo vera sit opinio quia se-
det: necesse est eum sedere. igitur in utroque scilicet in opinione et sedente est necessitas.
in hoc scilicet in sedente est necessitas sedenti: in altero scilicet in opinione est neces-
sitas veritatis: sed non idcirco quisque sedet supple
casualiter: quoniam vera
est opinio: quia veritas o-
pinionis non est causa ses-
sionis: sed hec scilicet opi-
nio potius est vera: quam pre-
cessit quempiam id est ali-
quem sedere. et ita cum cau-
sa veritatis ex altera par-
te procedit: tamen in utro-
que est communis necessitas.
et eodem modo contingit
arguere de providentia et
de his que providentur.
Unde dicit. patet id est ma-
nifestum est ratiocinari de
providentia et de rebus fu-
turis. Nam et si propter
idcirco providentur quo-
niam futura sunt: non ta-
men ideo eueniunt quoniam
providentur: nihilominus
tamen necesse est a deo vel
ventura provideri vel pro-
uisa euenire: ita quod utriusque
parti uest necessitas quamvis
alteri casualitas: quod solus
satis est id est sufficit ad
perimendam libertatem ar-
bitrii. Notandum quod
responsio ista quam inuuit in
littera videtur fuisse ipsius
Origenis: qui supra epis-
tolam ad Roma. sic dis-
cit. Non propterea aliquid
erit: quia illud deus scit fu-
turum: sed quia futurum est ideo scitur a deo antequam fiat: quod tamen potest intelligi dupli-
citer. Uno modo quod euentus rei sit causa prescientie secundum rationem consequentie: et
sic responsio est vera. Alio modo potest intelligi quod euentus rei sit causa prescientie secundum existe-
ntiam: et sic est falsa: et hoc modo improbatum hic a Boetio. Primum ergo ostendit Boetius quod
ista responsio non est ad propositum. Secundo ostendit quod non includit veritatem ibi.

futurorum necessitas causa providentie
laboretur. Ac non illud demonstrare nitamur
quoquo modo se habeat ordo causa-
rum. Necessarium esse euentum prescientiarum re-
rum etiam si prescientia futuris rebus eueni-
endi necessitatem non videatur inferre. etiam
si quispiam sedeat opinionemque eius sedere
coniectat veram esse necesse est. Atque con-
uersio rursus si de quopiam vera sit opi-
nio: quoniam sedet cum sedere necesse est.
In utroque igitur necessitas inest. In hoc
quidem sedendi at vero in altero veritatis
Sed non idcirco quisque sedet quoniam ve-
ra est opinio: sed hec potius vera est quam que-
piam sedere precessit. Ita cum causa veri-
tatis ex altera parte procedat: inest tamen
communis in utraque necessitas. Similia
de providentia: similique rebus ratiocina-
ri patet. Nam etsi idcirco quoniam fu-
tura sunt providentur: non vero ideo quo-
niam providentur eueniunt: nihilominus
tamen a deo vel ventura provideri vel pro-
uisa euenire necesse est: quod ad perimendam
arbitrii libertatem solum satis est.

Proposa tertia

Jam vero quod preposterum est. Hic philosophia ostendit quod ista responsio includit falsitatem: quia ponit quod aliquod temporale sit causa eterne. dicunt enim quod res future sint causa provisioni eterne. unde dicit. Jam vero preposterum est id est perversum est: ut eventus rerum temporalium dicatur esse causa eterne prescientie quod dicitur in ista responsione. unde subdit. Quid est aliud arbitrari deum ideo providere futura:

Jam vero quod preposterum est ut eterne prescientie temporalium rerum eventus causa esse dicatur. Quid est autem aliud arbitrari ideo deum futura quoniam sunt eventura providere: quam putare que olim acciderunt causas summe illius esse providentie. Ad hec sicuti cum quid esse scio: id ipsum esse necesse est: ita cum quid futurum novi: id ipsum futurum esse necesse est. sic fit igitur ut eventus prescitate rei nequeat evitari. Postremo siquid aliquis aliorsum quam sese res habet existimet: id non modo scientia non est: sed est opinio fallax a scientie veritate longe diversa. Quare siquid ita futurum: est ut eius certus ac necessarius non sit eventus ad eventurum esse presciri quomodo poterit. sicut enim scientia ipsa impermixta est falsitati: ita id quod ab ea concipitur esse aliter quam concipitur nequit.

ut eventus rei prescitate nequeat evitari.

Nota quod ratio sic potest formari sicut se habet scientia respectu scibilis presentis: sic prescientia respectu effectus futuri. Sed cum scio in presenti aliquid esse necesse est ipsum esse: Ergo cum prescitur aliquid futurum esse: necesse est ipsum futurum esse: Sed deus prescit omnia futura: ergo: necessario eveniunt: et sic iterum tollitur libertas arbitrii. Postremo siquid aliquis. Hic ponit tertiam rationem ad idem dicens. Siquis existimet aliquid esse aliorsum id est aliter quam res se habeat: illud non modo id est non tantum non est scientia: sed est fallax opinio longe diversa a veritate scientie: quare si aliquid ita futurum est ut eius eventus non sit certus et necessarius: quomodo illud poterit presciri eventurum: quasi diceret nullo modo. Cuius rationem assignat dicens. Sicut ipsa scientia est impermixta falsitati: sic illud quod concipitur ab ea non potest aliter esse quam concipitur: quod si possit aliter se habere: tunc scientia possit esse falsa

quoniam sunt eventura quam putare que olim acciderunt id est ipsa futura esse causam summe providentie: quasi diceret nihil est aliud dicere.

Notandum est quod nullum temporale est causa eterne: sed potius e converso. Indignius enim non est causa dignioris eo quod causa dignior est effectu. temporale autem est indignius eterno: sicut corruptibile in corruptibile: ergo et cetera

Ad hec sicuti cum quid esse scio. Hic ponit secundam responsionem ad probandum secundam conclusionem dicens. ad hec supple predicta addenda est hec ratio: sicuti cum scio esse quid id est aliquid necesse est ipsum esse: ita cum novum quid futurum: necesse est id ipsum esse futurum. sic igitur fit id est contingit

Liber quintus

unde subdit. ista est causa quare scientia caret mendacio: quia necesse est vnamquāq rem ita se habere sicut scientia comprehendit eam se habere.

Notandum q ratio quem intendit est ista. Quicumq existimat rem aliter esse q est: eius estimatio est falsa: et non est scientia sed fallax opinio: ergo si deus prescit ali quod futurum esse: et si ipsum non necessario euenit sicut presciuit: prescientia dei non erit scientia sed fallax opti mo: ergo futura a deo pre uisa necessario eueniunt: et sic perit liberuz arbitri um. Quid igitur. hic philosophia improbat mo dos quibus aliqui nitun tur saluare prouidentiaz. Et primo querit quomo do possit saluari prouide tia diuina improbando duos modos quibus ali qui conabantur ipsaz sal uare. Secundo ponit tertium modum similiter ipsum improbando. secu da ibi. Quod si apud. pri mo dicit. quid igitur dice mus. Quonam modo di ci potest q deus prenosc at hec futura incerta. Pri mus modus est vt dica tur deuz ea que prouidet iudicare infallibiliter: q̄uis possint non euenire: sed id est incoeuens: quia tūc falleretur sua prouidentia Unde dicit. Nam si deus censer id est iudicet euenire infallibiliter que etiam possibile est nō euenire: fallitur sup ple de? quod nō modo id est nō tantum nephas est sentire de deo: sed etiam nephas est voce proferre. Secundus modus est vt dicatur deum prouidere futura indetermi nate sicut futura sunt. sed isto modo prouidentia dei non est certa. unde dicit. Si de? discernit ista futura esse que prouidentur indeterminate: sicut sunt vt scilicet cognos scat ea eque id est equaliter posse fieri vel non fieri: que est ista prescientia que nihil cer tum nihil stabile comprehendit: quasi dicat talis prouidentia nulla est. et quid hec pre scientia differt ab alio vaticinio ridiculoso Tiretie: qui dicebat quicquid dicam hoc erit vel non erit. Quo etiam id est in quo diuina prouidentia presciterit id est preuas lebit humana opinione si iudicat incerta: sicut homines ea quorum euentus est incer tus: quasi dicat in nullo differt. Notandum q cum Tiretias vidisset duos serpen tes simul coire proiecto baculo ipos separauit ab inuicem: et mutatus fuit in mulierē: post septennium iterum serpentes cocuntes baculo separauit: et mutatus fuit in virū

Prosa tertia

Cum autem orta fuisset dissensio inter Iouem & Junonem: an maior esset delectatio in coitu viri quam mulieris: electus fuit Tiresias in iudicem qui expertus erat sortem vtri usque sexus. Cum autem diceret maiorem esse delectationem mulieris: Juno commota excecavit ipsuz. Jupiter autem sui misertus in recompensam amissi visus dedit sibi spiritum vaticinandi. fuit autem hec sua vaticinatio. quicquid dicam erit vel non

Quod si apud illum rerum omnium certissimum fontem nihil incerti esse potest: certus eorum est euentus que futura firmiter ille prescierit. Quare nulla est humanis consilijs actionibusque libertas: quas diuina mens sine falsitatis errore cuncto prospiciens: ad vnum alligat et constringit euentuz. Quo semel recepto: quantus occasus humanarum rerum consequatur liquet. Frustra enim bonis malisque premia pene ve proponuntur. Que nullus meruit liber ac voluntarius motus animorum.

erit. Si ergo deus non aliter presciet futura indeterminata nisi quia erunt vel non erunt: non differret sua prescientia a prescientia Tiresie: quod est ridiculosum. Quod si apud illum. Hic ponit tertium modum conantium saluare prouidentiam. Et est vt ponamus omnia euenire de necessitate: & auferamus liberum arbitrium. Primo ergo ponit istum modum. Secundo ostendit que inconuenientia sequantur ad ipsum ibi. Quo semel. Primo ergo concludit istum modum dicens: quod si apud illum certissimum fontem omnium rerum nihil potest

est esse incertum: certus est euentus eorum que ipse firmiter prescuerit futura: quare nulla erit libertas humanis consilijs & actionibus: quas diuina mens sine errore falsitatis cuncta prospiciens alligat & constringit ad vnum euentum.

Notandum quod nulla mutatio cadit circa fontem omnium rerum: quia cognitio eius non potest esse incerta: etiam si esset incerta esset imperfecta & diuina. si ergo est certa respectu futurorum: necesse est vt omnia futura prescita a deo necessario euentuz sint.

Quo semel recepto. Hic ponit inconuenientia que sequuntur si auferatur liberum arbitrium. Et primo ostendit que inconuenientia sequuntur ex parte hominum. secundo que ex parte dei. tertio que ex parte coniunctionis hominum ad deum. secunda ibi. Quo nihil. tertia ibi. Igitur ne sperandi. Inconuenientia ex parte hominum sunt. si non sit liberum arbitrium frustra proponuntur hominibus pene vel premia: & iniuste puniuntur mali & premiantur boni: nec erunt vicia nec virtutes in hominibus sicut nec in alijs qui agunt necessitate nature & non libertate animi. Unde dicit. Quo semel recepto. i.posito. s. vt neget liberum arbitrium: liquet id est manifestum est: quod occasus. i. quod destructio humanarum rerum consequatur. Frustra enim proponuntur bonis premia & malis pene: ita statuta & leges humane erunt inutiles: que penas & premia statuunt: que nullus motus animorum liber ac voluntarius meruit. Et illud videbitur iniquissimum omnium quod nunc iudicatur equissimum scilicet puniri improbos & remunerari probos: quos ad aliquid. i. ad probitatem vel improbitatem non mittit propria voluntas

Liber quintus

sed cogit certa necessitas futuri. igitur virtutes et vicia non fuerint quicquid: sed potius erit mixta et indiscreta confusio omnium meritorum scilicet bonorum et malorum.

Nota quod omnes virtutes et vicia oriuntur ex libera electione boni et mali: et similiter puniatio et remuneratio fiunt propter liberam actionem boni vel mali. Si ergo tollatur libertas arbitrii non erit libera electio: nec libera actio bona vel mala: et per consequens nulla erit virtus nullum vicium: et iniuste malus punietur: cum ex necessitate malum operetur et iniuste bonus premietur cum ex necessitate operetur bonum: quod est absurdum dicere. Quo nihil sceleratius. Sic ostendit inconueniens quod sequitur ex parte dei scilicet quod deus erit auctor malorum. unde dicit. Cum omnis ordo rerum ducatur ex providentia diuina: et si nihil liceat habere fieri ex humanis consiliis: fit id est sequitur: ut vicia nostra referantur in auctorem omnium supple deum: quo nihil sceleratius excogitari potest quam deum dicere auctorem malorum: quod tamen necessarium est ablati libertate.

Notandum quod defectus in operatione: qui defectus non est in potestate rei ut euitetur: necessario est ab agente et a producente. si ergo actio voluntatis nostre non est libera: defectus actionis secundum voluntatem reducetur in deum: et sic deus erit causans defectum nostrum quod est absurdum. Igitur nec sperandi aliquid. Sic ponit inconuenientia que sequuntur ex coniunctione hominis ad deum quia tolleretur actus deprecandi et actus sperandi: quibus maxime coniungimur deo. unde dicit. Igitur si tollitur liberum arbitrium: nec vlla ratio est sperandi aliquid: nec deprecandi inter deum et homines. Quid enim quisque deprecetur vel speret: si series inflexa connectit omnia operanda: quasi dicat frustra fieret. utrumque igitur aufertur illud vnicum commercium scilicet sperandi et deprecandi inter deum et homines. vocat autem spem et deprecationem commercium: quia istis mercamur omnia beneficia. unde subdit: siquidem precio iuste humilitatis nos homines promeremur inestimabile vicium. retributores diuine gratie: quod modus deprecandi solus est quo homines videantur posse colloqui

Adque omnium videbitur iniquissimum quod nunc equillimum iudicatur vel puniri improbos: vel remunerare probos: quos alterutrum non propria mittit voluntas: sed futuri cogit certa necessitas.

Hec vicia igitur: nec virtutes quicquam fuerint: sed omnium merito potius mixta atque indiscreta confusio. Quo nihil sceleratius excogitari potest: cum ex providentia rerum omnis ordo ducatur: nihilque liceat consiliis humanis fit: ut vicia queque nostra ad bonorum omnium referantur auctorem. Igitur nec sperandi aliquid nec deprecandi vlla ratio est. Quid enim vel speret quisque vel etiam deprecetur quando operanda omnia inflexa series connectit. Ante res igitur vnicum illud inter homines deumque commercium sperandi scilicet et deprecandi siquidem iuste humilitatis precio inestimabile

Adetrū tertiu

cum deo et coniungi inaccessibili luci supple deo priusquam homines impetrent quod petunt. prius enim preces porrigimus quam effectum nostre petitionis consequamur: que. s. spes et deprecatio: si nihil credantur habere virtutum recepta id est concessa necessitate futurorum: quid erit quo connectit id est coniungi atque adherere possumus illi summo principi rerum. q. d. nihil: quare necesse erit genus humanum disseptum id est dissipatum atque

disiunctum: suo fonte id est a suo principio supple a deo: fatiscere id est deficere ut paulo ante cantabas in sexto metro quarti libri.

vicem diuine gratie promeremur qui solus modus est: quo cum deo colloqui homines posse videantur: illique inaccessibili luci prius quoque quam impetrent ipsa supplicanda ratione coniungi: que si recepta futurorum necessitate nihil virtutum habere credantur: quid erit quo summo illi rerum principi connecti atque adherere possumus. Quare necesse erit humanum genus uti paulo ante cantabas disseptum atque disiunctum suo fonte fatiscere.

Adetrum tertium libri quinti:

**Uenam discors federa rerum
Causa resoluit quis tanta deus
Veris statuit bella duobus
Ut que carptim singula constant:
Eadem noluit mixta iugari**

Notandum quod actus deprecandi spectat ad intellectum: et est oratio secundum Iohannem Damascenum. ascensus intellectus ad deum vel in deum quo quodam actu insinuamus deo indigentiam nostram non quod deo per insinuationem nostram aliquid innotescat quod prius ignorauerit: sed ut nos ipsa insinuatione utendo consideremus in his esse recurrendum ad diuinum auxilium. Actus autem sperandi pertinet ad voluntatem: quia eius obiectum est bonum futurum. per istum actum adheremus deo tanquam perfecto principio bonitatis inuenientis eius auxilio ad consequendum bonum quo indigemus. sed si huiusmodi bonum necessario eueniret vel impossibile esset euenire: uterque actus tam deprecandi quam sperandi esset inutilis.

Adetrum tertium quinti libri.

Uenam discors federa rerum. Causa resoluit: quis tanta deus. Hic incipit tertium metrum huius quinti quod dicitur adonicum vel secundum alios archiloicum ab inuatore: dactylicum a pede predominante. unde facit exclamationem super impassibilitate que apparet inter providentiam et liberum arbitrium. Et primo querit quare sint impassibilia: cum per se considerata sint passibilia. Secundo ponit responsionem ad hoc. Tertio contra responsionem obicit. Quarto objectionem soluit. Secunda ibi. An nulla. Tertia ibi. Sed cur tanto. Quarta ibi. An cum mentem. Primo dicit. Uenam discors. causa resoluit id est separat: federa id est concordias rerum scilicet providentie diuine et liberi arbitrii: ne compatiantur se simul: aut quis deus tanta bella statuit duobus veris et singula vera: que carptim id est sigillatim vel diuisim accepta: constant. i. permanet: eadem tamen mixta. i. coniuncta: noluit iugari id est copulari se inuicem compatiendo. Tunc ponit responsionem dicens: quod istis duobus veris. s. providentie et libero arbitrio nulla est discordia: sed apparentia discordie puenit ex

Liber Quintus

debilitate nostri intellectus. unde dicitur. An est nota solutionis nulla est discordia veris si se-
certa coherent sibi: sed mens nostra obruta. i. oppressa: membris cecis. i. cecantibus animam: il-
la nequit igne. i. oppressi luminis scilicet intellectus noscere tenues. i. subtiles: nexus. i.
conjunctiones rerum que videntur discordare. Notandum si consideremus prudentiam di-
uinam per se: possibile est eam esse: si consideremus liberum arbitrium per se etiam possibile est eum

esse: ut patet ex dictis. Sed si
consideremus utrumque simul:
tunc videntur incompatibilia si-
cut patet ex rationibus superio-
ribus. secundum veritatem autem se-
bentur patiuntur: sed nobis non
apparet: quia intellectus noster op-
pressus mole corporis non po-
test se eleuare in hominis cog-
nitionem. Nam secundum sapien-
tiam corporis quod corrumpitur ag-
grauat animam: et terrena ha-
bitatio opprimat sensus mul-
ta cogitantem. Sed cur tam-
to flagrat amore. hic philosophia
obijcit solutionem. Si enim
anima ignorat istas subtiles
coniunctiones: vnde est quod deside-
rat eas scire: cum nihil igno-
tus possit desiderari. vnde di-
cit. Sed cur anima flagrat. i.
ardet tanto amore. i. deside-
rio: reperire notas rectas. i.

An nulla est discordia veris
Semperque sibi certa coherent
Sed mens cecis obruta membris
Nequit oppressi luminis igne
Rerum tenues noscere nexus.
Sed cur tanto flagrat amore
Veri tectas reperire notas
Scit ne quod appetit anxia nosse
Sed quis nota scire laborat
Et si nescit quid ceca petit.
Quis enim quicquam nescius optet
An quis valeat nescita sequi
Quoue inueniat quis repertam
Queat ignotus noscere formam.

notificationes latentes: veri id est veritatis. Scit ne mens illud quod ipsa anxie id est
sollicita appetit nosse: quasi dicat non: quia nemo appetit scire illud quod scit. et hoc est quod
dicit. Quis laborat scire nota: quasi dicat nullus. oportet igitur dicere quod nesciat: et tunc
sequitur aliud inconueniens scilicet quod anima desideret illud quod nescit. Unde dicitur.
Si nescit illud quod petit: quod petit. i. desiderat mens ceca id est ignorans. Quis enim
nescius optet id est desideret quicquam. An quis potest sequi nescita: aut quis nescius po-
test noscere quo inueniat supple illud quod querit. et quis ignotus id est nescius: queat
id est potest noscere formam repertam: quasi dicat nullus.

Notandum quod dictum est in responsione quod anima ignorat compassibilitatem prouidentie
et liberi arbitrii: sed desiderat eam scire. Contra hoc arguitur sic. Nullus appetit scire
quod scit. Si anima desiderat scire aliquid vel ignorat illud vel scit. si scit: ergo non desi-
derat ipsum scire: quia nullus appetit scire quod scit: cum omnis appetitus sit ratione car-
rentie. Si autem ignorat illud quod desiderat: quomodo ignorans desideratur: cum vo-
luntas non querat incognitum: ideo si ignorat nunquam cognosceret. Quis enim ignotum in-
ueniet. Si enim paterfamilias quereret seruum fugitiuum quem ignoraret: posset sibi
multotiens occurrere quod ipsum non inueniret: sicut dicitur in quoniam sup priorum posteriorum

An cum mentem cerneret altam. hic soluit objectionem. vbi notandum quod Plato posuit animas esse
in celo creatas et habere cognitionem omnium perfectam: sed per lapsum ad corpora eam obliuiscit

Prosa quarta

cognitionem rerum in particulari et retineri eam in vniuersali: et postea per exercitiū recuperare cognitionem rerum in particulari. vnde dicit sic. An est nota solutionis: cū anima cerneret. i. specularetur: altam mentem. i. profundam mentem dei: ipsa pariter et simul nozat. i. nouerat: summam. i. vniuersalem cognitionem: et singula. i. singularem cognitionem rerum: sed nunc ipsa condita. i. tecta nube membrorum non est oblita sui: in totum id est totaliter: sed ipsa tenet summam id est cognitionem vniuersalem rerum: perdes singula. i. singularem cognitionem. igitur quisquis requirit. i. inuestigat cognoscere vera: talis est neutro habitu supple ut perfecte cognoscat vel quod oīno ignoret. vnde dicit. Nam neque nouit se in speciali et perfecte illud quod requirit: nec penitus nescit omnia: sed ipse meminit id est in memoria habet: summam. i. vniuersalem cognitionem quam retinet consuluit supple actuali consideratione: retractans. i. reuocans per studiū: alte id est subtiliter: visa id est prius in speciali cognita: ut ipse queat addere oblitas partes: partibus seruatis supple in memoria.

An cum mentem cerneret altam
Pariter summam singula nozat
Nunc membrorum condita nube
Non in totum est oblita sui
Summamque tenet singula perdens.
Igitur quisquis vera requirit
Neutro est ambitu: nam neque nouit
Nec penitus tamen omnia nescit
Sed quam retinens meminit summam
Consuluit alte visa retractans
Ut seruatis queat oblitas addere partes:

Prosa quarta libri quinti.

Um illa vetus inquit hec est de p
uidētia querela a Marcoque tullio
cū diuinationē distribuit vehemēter
agitata: tibi que ipsi res diu prorsus multūque

tum id est totaliter: sed ipsa tenet summam id est cognitionem vniuersalem rerum: perdes singula. i. singularem cognitionem. igitur quisquis requirit. i. inuestigat cognoscere vera: talis est neutro habitu supple ut perfecte cognoscat vel quod oīno ignoret. vnde dicit. Nam neque nouit se in speciali et perfecte illud quod requirit: nec penitus nescit omnia: sed ipse meminit id est in memoria habet: summam. i. vniuersalem cognitionem quam retinet consuluit supple actuali consideratione: retractans. i. reuocans per studiū: alte id est subtiliter: visa id est prius in speciali cognita: ut ipse queat addere oblitas partes: partibus seruatis supple in memoria.

Notandum quod secundum istam viam Platonis solueretur ratio prius tacta: vel anima scit quod desiderat vel nescit. dico quod nescit in speciali et in propria forma: sed scit in vniuersali. et cum dicitur nullus desiderat ignotum: verum est sicut est ignotum in vniuersali: tamen desiderat ipsum ut est ignotum in speciali. et cum dicitur si ignoret nunquam inueniet: verum est si ignorat tam in generali quam in speciali. et si ignorat in potentia et in actu: si tamen scit in potentia et in vniuersali: et ignorat actu et in propria forma: potest ipse inuenire et addiscere.

Prosa quarta ultimi libri.

Um nulla vetus inquit. Hec est prosa quarta huius quinti: in qua philosophia incipit dissoluere questionem de compassibilitate prudentie et liberi arbitrii. et primo tangit difficultatem huius questionis et causam difficultatis: et tangit modum procedendi circa eius solutionem. Secundo dissoluit eam ibi. quero enim. Primo dicit. Querela. i. questio hec de prudentia est vetus: et est vehementer agitata. i. pertractata a Marco tullio: cū distribuit. i. diuidit diuinationem in li. diuinationum: vbi diuidit diuinationem in suas species non solum hoc: sed tibi ipsi et res multum diu quesita. Sed haud quamquam. i. non alicubi ab vlllo vestrum satis diligenter et firmiter expedita: cuius caliginis. i. dif-

Libri Quintus

ficulatis causa est quod motus id est actus humane ratiocinationis non potest admoueri id est applicari ad simplicitatem diuine prescientie id est prouidentie: que si villo modo queat excogitari: nihil relinquetur prozsus ambigui quod scilicet rationem et causas difficultatis ita demum patefacere et expedire temptabo: si prius expandero .i. declarauero ea quibus tu moueris. Notandum quod questio de prouidentia diuina et libero arbitrio est omnium questionum difficillima de qua multi antiquorum dubitabant: et non nulli modernorum propter eius difficultates lapsi sunt: quam Tullius in libro diuinationum pertractans et non valens: dissoluere eius difficultatem: negat penitus prouidentiam et prescientiam futurorum a deo in predicto libro diuinationum. Quero enim. Dic philosophia accedit ad solutionem questionis. et primo discutit motiua Boetij. secundo soluit dubitationem siue questionem. ibi. Quoniam igitur. Circa primum sciendum quod duo fuerunt motiua Boetij principalia circa banc questionem. Primum quia videtur necessarium si deus prouidet futura quod necessario eueniunt. Secundum motiuum quod futura quorum euentus est incertus sicut sunt futura contingencia non possunt a deo certa prouideri. Primum ergo pertractat primum motiuum. Secundo secundum. ibi.

Sed hoc inquis. Primum ostendit quod si deus prouidet futura non propter hoc necessario eueniunt. Secundo mouet dubitationem. ibi. Sed quid fieri potest. Primum ostendit quod ex prescientia dei non inferitur necessitas libero arbitrio. Secundo ostendit quod prescientia dei non sit signum necessitatis futurorum. ibi. Sed prescientia. Circa primum sciendum est quod prius improbauit quandam responsionem qua quidam nitentur impedire rationem ostendentem non esse liberum arbitrium propter prescientiam diuinam. quam responsionem hic resumit ostendens eam aliquo modo esse bonam: quia sufficienter impedit intentionem aduersarij. Nam aduersarius ex nullo alio probat necessitatem futurorum: nisi quia sunt prescita a deo. Cur igitur ex responsione habeatur quod prescientia nullam causalitatem habet super futura: videtur sufficienter ostensum esse: quod ea que procedunt ex libero arbitrio non sunt necessaria. Primum

quesita: sed haud quam ab villo vestrum hactenus satis diligenter ac firmiter expedita. cuius caliginis causa est quod humane ratiocinationis motus ad diuine prescientie simplicitatem non potest admoueri. que si villo modo cogitari queat: nihil prozsus relinquetur ambigui. quod ita demum patefacere atque expedire temptabo: si prius ea quibus moueris expandero. Quero enim cur illam soluentium rationem minus efficacem putes: que quia prescientia non esse futuris causam necessitatis existimat: non impediri prescientia arbitrij libertatem putat. num enim tu aliam de argumentum futurorum necessitatis trahis nisi quod ea que presciantur non euenire non possunt. si igitur prenotio nullam futuris rebus adiicit necessitatem quod tu etiam paulo ante fatebare: quid est quod voluntarij exitus rerum ad certum cogantur euentum

Prosa quarta

ergo ponit istam responsionem resumendo eius solutionem dicens. Quero enim cur illam rationem soluentium putes minus esse efficacem que putat libertatem arbitrii non impediri a prescientia: quia estimat prescientiam non esse causam necessitatis futurorum. Quod autem per istam responsionem impediatur illatio necessitatis futurorum patet ex hoc: quia tu non trahis aliunde argumentum necessitatis futurorum: nisi quod ea que pre-

Etenim positionis gratia ut quid consequatur advertas statuamus nullam esse prescientiam. num igitur quantum ad hoc atinet que ex arbitrio eveniunt ad necessitatem coguntur. **Boe. Adimime. Philosophia.** Statuamus iterum esse: sed nihil rebus necessitatis iniungere manebit ut opinor eadem voluntatis integra atque absoluta libertas. Sed prescientia inquires: tamen etsi futuris eveniendi necessitas non est: signum tamen est necessario ea esse ventura. Hoc igitur non etiam si precognitio non fuisset: necessarios futurorum exitus esse constaret. Omne etenim signum tantum quid sit ostendit: non vero efficit quod designat: quare demonstrandum prius est non nihil ex necessitate contingere ut prenotionem

sciuntur non possunt non evenire. Si igitur prenotio id est prescientia futurorum nullam adicit id est imponit necessitatem rebus futuris ut dicit responsio: tu etiam fatebare paulo ante quid est id quod esse poterit quod voluntarii exitus cogantur ad certum eventum rerum: et ita per istam responsionem excluditur necessitas futurorum. et manifestat se in exemplo discis. Et advertas quod consequatur gratia positionis id est exempli: statuamus id est ponamus per impossibile nullam esse prescientiam futurorum: igitur hoc posito quantum ad B. i. quantum ad istam illationem: quod ex prescientia concluditur necessitas futurorum: ea que eveniunt ex arbitrio coguntur ne ad necessitatem: dicit **Boe. Adimime. et philosophia.**

Philosophia. Statuamus iterum esse providentiam: sed nihil necessitatis iniungere rebus futuris: manebit ut opinor eadem libertas voluntatis integra et absoluta ab omni necessitate. Notandum quod prior solutio improbata fuit bona et mala. in hoc fuit bona quia posuit prescientiam non esse causam necessitatis futurorum. dicit enim. Ideo futura eveniunt: non quia deus ea providet: sed in hoc fuit mala: quia posuit futura esse causa prescientie dei. dixit enim. quia futura sunt: ideo deus ea providet. patet ergo ex responsione antiquorum quod prescientia non est causa necessitatis rebus futuris. Sed prescientia inquires. Hic ostendit philosophia quod prescientia divina non sit signum necessitatis rebus futuris. Secundo ostendit quod modus probandi ex signo non est efficax ibi. Jam vero. primo dicit. Tu inquires id est dicere poteris: tamen pro quibus prescientia non sit necessitas eveniendi rebus futuris: tamen est signum ea necessario esse ventura: et ita ex prescientia potest inferri necessitas futurorum tanquam ex signo. Hoc igitur modo ponendo prescientiam esse signum necessitatis futurorum constaret exitus id est eventus futurorum esse necessarios: etiam si non fuisset precognitio: quod probat ex natura signi dicens. Omne namque signum tantum ostendit quid sit id est manifestat illud

Liber Quintus

cuius est signum: sed non efficit quod signat: quare ut probationem id est providentiam appareat esse signum necessitatis futurorum: demonstrandum erat prius nihil contingere non ex necessitate id est omnia evenire necessario: alioquin si hec necessitas futurorum nulla hec est illa prescientia poterit esse signum eius rei que non est: et ita non valet arguere necessitatem futurorum ex prescientia tanquam ex signo. Notandum quod signum non est causa eius cuius est signum: sed tantum manifestat signatum esse: ut circulus non est causa venditionis vini: sed tantum est signum venditionis. Si ergo prescientia esset signum necessitatis futurorum: presupponeret futura esse necessaria: et sic ad ostendendum prescientiam esse signum necessitatis futurorum: oporteret prius ostendere futura necessario esse futura antequam prescientia esset signum necessitatis futurorum: alias prescientia esset signum alicuius rei que non est: quod est absurdum.

Jam vero. Hic ostendit modum probandi ex signo non esse efficacem. et dicit. Constat id est manifestum est rationem subnixam id est firmatam probatione. id est demonstratione eam non esse ducendam ex signis neque ex argumentis extrinsecus petitis id est acceptis: sed firma ratio ducenda ex convenientibus id est ex propriis et necessariis causis. Cum ergo predicta ratio processerit ex signo: non est efficax et demonstrativa: cum sit a posteriori. Demonstratio autem que est potissima probationum ipsa est a priori cum sit ex causis per se immediatis prioribus et notioribus: et pro tanto etiam demonstratio est syllogismus faciens scire efficacem ad probandum: ex primo posteriorum.

Sed quid fieri potest. hic philosophia movet quandam dubitationem et solvit eam videtur enim ex dictis sequi quod aliqua possunt presciri que tantum non necessario eveniunt. si autem non necessario eveniunt possunt non evenire: et sic sequitur quod aliquod prescitur a deo non eveniat. Primo ergo philosophia dubitando de hoc querit dicens. Ex quo ita est quod ea que sunt prescita non sunt necessaria: sed possunt non evenire quod id est quomodo fieri potest ut ea que providentur futura esse non proveniant. Tunc solvit dubitationem dicens: quod non negatur quod prescita non eveniant: immo oportet dicere quod presciteria eveniant: sed tamen non eveniunt de necessitate. Unde dicit. quasi non. q. d. Ista dubitatio procedit quasi non credam ea que providentia prescicit non esse eventura: sed hoc non est verum: sed potius arbitremur illud scilicet quod licet futura eveniant: nihil tamen necessitatis

signum esse huius necessitatis appareat: alioquin si hec nulla est: nec illa quidem eius rei signum poterit esse que non est.

Jam vero probationem firma ratione subnixam constat: non ex signis neque petitis extrinsecus argumentis: sed ex convenientibus necessariisque causis esse ducendam. Sed qui fieri potest: ut ea non perueniant que futura esse providentur. Quasi vero nos ea que providentia futura esse prescicit non eventura credamus: ac non illud potius arbitremur: licet eveniant: nihil tamen ut evenirent sui natura necessitatis habuisse.

Quod huic facile perpendas licebit:

Prosa quarta

habuisse in sui natura vt euenirent id est manifestat in exemplo quomodo aliquid certe comprehendit: quod tamen non est necessarium dicens quod aliquid cognitum eueniat: et tamen non necessario licebit quod tu hoc perpendas hinc id est ex tali exemplo. Intuemur enim plura subiecta oculis: dum fiunt id est dum sunt in fieri sicut ea que videntur aurige facere in moderandis et flectendis quadrigis etc. Videmus ad hunc modum vt que

Plura enim dum fiunt subiecta oculis intuemur: vt ea que in quadrigis moderandis atque flectendis facere spectantur aurige atque ad hunc modum et cetera. Num igitur quicquam illorum ita fieri necessitas vlla compellit. Boetius. *Diuine. Philosophia.* Frustra enim esset artis effectus si omnia coacta mouerentur: que igitur cum fiunt carent existendi necessitate eadem priusquam fiat sine necessitate futura sunt. Quare sunt quedam euentura quorum exitus ab omni necessitate absolutus sit. Nam illud quidem nullum arbitror esse dicturum quod que nunc fiunt priusquam fierent, euentura non fuerint. Hec etiam igitur precognita liberos habent euentus.

fiunt in alijs actibus voluntarijs nunquid vlla necessitas compellit aliquod illorum ita fieri sicut oculis videtur. dicit Boetius. *Diuine. Philosophia.* Frustra enim esset effectus artis: si omnia mouerentur coacta: et frustra esset ars flectendi quadrigam: si necessario flecteretur: igitur illa que cum fiunt carent necessitate existendi: eadem sunt futura sine necessitate priusquam fiat. Ex quo concludit quod quedam sunt euentura quorum exitus. i. euentus est absolutus ab omni necessitate. et forsan aliquis diceret: nam ea que nunc fiunt non erant futura priusquam essent. hoc excludit dicens. nullum arbitror esse dicturum: quod que nunc fiunt euentura non fuerint. hoc enim esset nimis irra-

tionabile: ideo necessario concluditur quod hec etiam precognita habent euentus liberos: quia sicut scientia presentium nihil importat necessitatis his rebus que fiunt in presentibus: sicut patet in exemplo predicto de regimine quadrigarum: ita prescientia futurorum nihil importat necessitatis his que ventura sunt.

Nota quod licet futura in comparatione ad diuinam providentiam sint necessaria necessitate condicionata: non tamen omnia sunt necessaria necessitate absoluta. Adultera enim libere eueniunt sicut ea que fiunt ab arte et a voluntate et regimen quadrigarum. Si enim regimen quadrigarum necessario eueniret: frustra esset res regendi quadrigam.

Notandum quod sicut res actu fiunt ita erunt future: sed quedam actu libere fiunt: ergo erunt libere future: et per consequens non omnia sunt necessario futura: licet necessitate condicionata in quantum comparantur ad providentiam diuinam: non tamen in sui natura considerata necessario eueniunt necessitate absoluta sicut postea videbitur: vbi distingue duplicem necessitatem condicionatam et absolutam.

Sed hoc inquit. Dic philosophia discutit mortuum Boetij vtrum futura incerta sicut sunt contingencia possint certe presciri. et primo mouet dubitationem de hoc: et tangit rationem dubitationis. Secundo assignat causam erroris ibi. Cuius erroris causa

Liber Quintus

est. dicit primo. Sed tu inquis o Boetii hoc ipsum dubitatur an possit esse vlla prenotio id est prescientia illarum rerum que non habent necessarios exitus id est euentus. hoc enim nullo modo videtur possibile. Cum enim videntur hec dissonare prescientia et contingencia: tu enim putas si preuideantur contingencia necessario ipsa consequi: et si necessitas desit minime ipsa presciri: et putas nil posse comprehendi prescientia diuina nisi certum: et si ea que sunt incerti exitus id est euentus sicut contingencia: si prouidentur illa quasi certa: tu putas illud esse caliginem opinionis non veritatem scientie: et in hoc tu deciperis: cuius deceptionis causa est error tuus circa iudicium cognitionis. Credis enim diuersum esse ab integritate scientie aliter arbitrari rem quam se habeat: et in hoc erras.

Notandum quod quia nos non possumus futura contingencia certe prenotare: putamus similiter deum hoc non posse. res enim eodem modo se habens diuersimode a diuersis potest cognosci. Unde cognoscere rem aliter quam se habet ex parte rei cognite non est scientia. Sed cognoscere rem aliter quam se habeat ex parte cognoscentis bene est scientia: et sic futura contingencia licet in se sint incerta: possunt tamen presciri a deo sine errore falsitatis.

Nam sicut scientia presentium rerum nihil his que fiunt: ita prescientia futurorum nihil his que ventura sunt necessitatis importat. Sed hoc inquis ipsum dubitatur an earum rerum que necessarios exitus non habent vlla possit esse prenotio. dissonare etenim videntur: putasque si prouideantur consequi necessitatem: si necessitas desit minime presciri: nihilque scientia comprehendi posse nisi certum. Quod si que incerti sunt exitus ea quasi certa prouidentur: opinionis id esse caliginem non scie veritatem. Aliter enim sese res habeat arbitrari ab integritate scientie credis esse diuersum. Cuius erroris causa est quod omnia que quisque nouit: ex ipsorum tantum vi atque natura cognosci estimat que sciuntur: quod totum contra est. Omne enim

Notandum quod si cognitio esset secundum facultatem rei cognite: tunc res ab omnibus eodem modo cognosceretur: et sic aliquid comprehenderetur eodem modo ab intellectu humano et diuino: quod falsum est: quia que sunt incerta comprehensione humana: sunt certa comprehensione diuina, cognitio ergo potius attenditur secundum fa-

Prosa Quarta

cultatem potentie cognoscentis: ita quod quanto potentia est efficacior: et certior: tanto certius et limpidius rem apprehendit. Nam ut hoc breui exemplo liqueat. Dic probat quod facultas cognitionis est secundum facultatem potentie cognoscentis et non rei cognite. Primo declarat hoc exemplis. Secundo probat hoc idem per rationem. ibi. Neque id iniuria. Prima in duas secundum duo exempla. ibi. Ipsum quoque.

quod cognoscitur non secundum sui vim sed secundum cognoscentium potius comprehenditur facultatem. Nam ut hoc breui liqueat exemplo eandem corporis rotunditatez aliter visus aliter tactus agnoscit. Ille enim manens totum simul tactis radijs intuetur. Hic vero coherens orbi atque coniunctus circa ipsum motus ambitum rotunditatem partibus comprehendit. Ipsum quoque homines aliter sensus: aliter imaginatio: aliter ratio: aliter intelligentia contuetur. Sensus enim figuram in subiecta materia constitutam. Imaginatio vero solam sine materia iudicat figuram. Ratio vero hanc quoque transcendit speciemque suam que singularibus inest

fit secundum facultatem cognoscentis liquet breui exemplo. nam visus aliter agnoscit eandem corporis rotunditatem et aliter tactus. Ille enim visus manens enim id est a longinquo intuetur totum corpus simul tactis radijs visualibus. Hic vero supple tactus coherens et coniunctus orbi id est rotunditati: et motus circa ipsum ambitum id est circa corpus rotundum: comprehendit scilicet eius rotunditatem: partibus id est per partes. Notandum quod inuenit duplicem differentiam inter modum cognoscendi visus et tactus. Prima est quod visus a remotis existens cognoscit aliquod corpus rotundum. Tactus autem non cognoscit ipsum nisi coniunctus. Secunda differentia est quod visus totum corpus

simul comprehendit: tactus autem per partes. talis autem diuersitas in cognoscendo non esset: si res cognosceretur ex sui natura: cum eadem res maneat in utraque cognitione

Notandum quod quidam dixerunt visionem fieri per emissionem radiorum visualium ab oculis usque ad rem visam: sed hec opinio est contra Aristotelem. visio enim non fit extra mittendo: sed intus suscipiendo. patiente enim aliqua sensitiuo fit ipsum videre secundo de anima. Hic autem loquitur opinione antiquorum cum dicit quod visus totum corpus intuetur tactis radijs.

Ipsum quoque hominem. Hic ponit secundum exemplum in virtutibus cognoscitivis subordinatis. Secundo ostendit quomodo iste virtutes se habeant ad invicem. ibi. In quo illud. Primo ergo declarat quomodo idem a diuersis potentijs diuersimode comprehenditur dicens. sensus exterior: aliter contuetur ipsum hominem: aliter imaginatio: aliter ratio: aliter intelligentia diuina. Sensus enim exterior sicut visus iudicat figuram hominis in subiecta materia id est in sensibili materia: sed imaginatio solam figuram discernit sine materia id est in absentia rei materialis. Ratio vero hanc imagi-

Liber Quintus

nationem transcendit: et ipsam speciem id est naturam specificam hominis que singularibus inest perpendit id est discernit vniuersali consideratione. oculus vero id est consideratio intelligentie est celsior: quia intelligentia diuina supergressa ambitum vniuersitatis qui existit in singularibus illam simplicem formam scilicet ideam hominis que est in mente diuina: contuetur pura acie id est speculatione pure mentis.

Notandum quod primum fuit de virtutibus cognoscitiuis non subordinatis sicut de visu et tactu: istud autem exemplum est de virtutibus subordinatis que sunt quatuor: scilicet sensus exterior qui inest omnibus animalibus: imaginatio que tantum inest animalibus perfectis: ratio que tantum est in hominibus: et intelligentia per quam intelligit diuinam cognitionem. iste virtutes habent diuersum modum cognoscendi eandem rem scilicet hominem ut declaratur in littera: quod non esset nisi cognitio fieret secundum facultatem virtutum cognoscentium et non rei cognite. In quo illud maxime considerandum est. Hic ostendit philosophia quomodo predictae virtutes cognoscitiue se habent ad inuicem ostendens quod quicquid potest virtus inferior: potest etiam et superior et amplius. Et primo hoc ostendit de intelligentia respectu aliarum virtutum. Secundo ostendit idem de ratione. Secunda ibi. Ratio quoque. Primo dicit. In quo id est in ordine istarum virtutum illud est maxime considerandum quod vis comprehendendi superior amplectitur in se inferiorem: quia virtus superior cognoscit omne illud quod inferior. Inferior autem non consurgit ad superiorem: ita ut apprehendat illud quod superior: quod manifestat in exemplo dicens. Nec enim sensus aliquid valet apprehendere extra materiam: et imaginatio contuetur species vniuersales id est minus particulares: sed ratio capit simplicem id est vniuersalem formam. Intelligentia autem diuina quasi desuper spectans: cum sit in supremo gradu cognitionis: ipsa concepta forma ideali diiudicat etiam cuncta que subsunt illi forme: ut cognoscendo ideam hominis cognoscit omnia que sunt in homine: sed eodem modo comprehendit ipsam formam que nulli inferiori virtuti nota esse poterit. Nam ipsa cognoscit vniuersum id est vniuersalem formam rationis et figuram imaginationis et materiale sensibile quod spectat ad sensum exteriorem non vtens ratione nec imaginatione nec sensibus: sed prospiciens cuncta vno ictu mentis id est absque decursu cognoscit quod non facit ratio.

vniuersali consideratione perpendit. Intelligentie vero celsior oculus existit. supergressa namque vniuersitatis ambitu ipsam illam in simplicem formam pura mentis acie contuetur. In quo illud maxime considerandum est. Nam superior vis comprehendendi amplectitur inferiorem: inferior vero ad superiores nullomodo consurgit. neque enim sensus aliquid extra materiam valet: vel vniuersales species imaginatio contuetur: vel ratio capit simplicem formam: sed intelligentia quasi desuper spectans concepta forma que subsunt cuncta diiudicat: sed eo modo quo formam ipsam que

Prosa Quarta

Notandum quod quia virtus superior virtutem includit inferiorem sicut tetragonum includit tragonum: ut patet secundo de anima: ideo quicquid potest virtus inferior: potest et superior et magis: quia modo magis vniuersali comprehendit quod inferior modo magis particulari licet non e conuersio: ideo que potest intelligentia humana comprehendere: potest et diuina intelligentia licet non e conuerso.

Nulli alii nota esse poterat comprehendit.

Nam et rationis vniuersum: et imaginationis figuram: et materiale sensibile cognoscit: nec ratione vtens: nec imaginatione: nec sensibus: sed illo vno ictu mentis formaliter vt ita dicam cuncta prospiciens. Ratio quoque cum quid vniuersale respicit: nec imaginatione: nec sensibus vtens: imaginabilia vel sensibilia comprehendit. Hec est enim que conceptionis sue vniuersale ita diffinit. Homo est animal bipes rationale que cum vniuersalis notio sit: tamen imaginabilem sensibilemque esse rem nullus ignorat: quod illa non imaginatione vel sensu: sed in rationali conceptione considerat. Imago quoque tametsi ex sensibus visendi formandi que figuram sumpsit exordium: sensu tamen absente

respicit. Hic ostendit idem de ratione quod sicut intelligentia comprehendit alias tres virtutes inferiores: sic ratio etiam comprehendit sub se alias duas virtutes: scilicet imaginationem et sensum dicens: quod cum ratio respicit quid vniuersale non vtens imaginatione nec sensibus: et comprehendit imaginabilia et sensibilia vniuersali comprehensione. Hec enim est ratio que ita diffinit vniuersale sue conceptionis homo est animal bipes rationale: que diffinitio cuius sit vniuersalis notio scilicet notificatio: cuius nullus etiam ignoret rem esse imaginabilem et sensibilem que hac diffinitione explicatur. Illa ratio considerat vniuersale non vtens imaginatione vel sensu: sed in rationali conceptione. Tunc ostendit quod sicut ratio comprehendit imaginationem et sensum: sic imago sensum

comprehendit dicens. Imago quoque tametsi pro quamuis sumpsit exordium ex sensibus visendi et formandi figuram: tamen absente sensu et exteriori imaginatione colustrat id est cognoscit queque sensibilia non sensibili sed imaginaria ratione iudicandi: et tunc concludit dicens. Elides ne igitur quomodo cuncta potius vtantur sua id est propria facultate in cognoscendo: quam facultatem eorum que cognoscuntur.

Notandum quod licet ratio in comprehendendo suum vniuersale non vtatur imaginatione et sensu: tamen in actu suo presupponit imaginationem et sensum: quia nihil est in intellectu nisi fuerit in sensu. Similiter licet imago in sua operatione non vtatur sensu: tamen presupponit sensum fuisse in actu: quia fantasia quam hic vocat imaginationem est motus factus a sensu secundum actum: ex secundo de anima.

Nec id iniuria. Hic confirmat dictum suum per rationem dicens. Illud scilicet quod res cognoscitur non secundum sui naturam sed secundum naturam cognoscentis: illud

Liber Quintus

non cognouit: iniuria id est irrationabiliter. Nam cum omne iudicium cognitionis sit actus et operatio iudicantis id est potentie cognoscitue: necesse est ut quisque cognoscens perficiat suam operam id est suam operationem cognoscendi non ex aliena potestate scilicet rei cognite: sed ex propria potestate id est ex virtute cognoscētis. Nota quod ex littera formatur talis ratio. **O**mnis actus et operatio sequitur conditionem illius potentie cuius est actus et operatio: sed iudicare siue cognoscere est actus et operatio potentie cognoscētis et non rei cognite: ergo iudicare et cognoscere sequitur modum et conditionem potentie cognoscētis et non rei cognite.

Adetrum quartum
libri quinti.

Quondam porticus attulit. Istud est quartum metrum huius quinti quod dicitur glitonicum ab inuenteore: coriambicum a pede predominantē: In quo metro improbat opinionem stoicorum: ex qua videtur sequi contrarium dictis suis. fuit enim opinio stoicorum quod cognitio intellectiva solum perficeretur ex hoc quod corpora exteriora suas similitudines imprimunt in mentem: ita ut mens solum se habeat in ratione patientis: et res extra in ratione agentis. Ex quo sequitur cum patientis trahatur ad naturam agentis et non e converso: quod cognitio sequeretur naturam rei cognite et non naturam cognoscentis quod est contra dicta. Primo ergo ponit opinionem stoicorum. Secundo improbat eam ibi. Sed mens primo dicit. Quondam porticus attulit senes supple stoicos: qui dicebantur senes propter maturitatem morum. senes inquam nimium obscuros supple in sententijs: qui stoici credunt sensus et imagines id est rerum sensibilium formas imprimi mentibus: ex corporibus extimis id est exterioribus: et posuerunt corpora illa eo modo imprimere imagines mentibus: ut quondam mos fuit alicui scribenti sceleri stilo figere pressas litteras: equore id est in planitie pagine: quod pagina nullas prius notas habebat. Notandum quod stoici dicuntur a stoa grece quod est porticus latine: quod atbenis in manifestissima portico et alijs locis publicis stoici disputare solebant. illi posuerunt animam tantum habere se in ratione patientis respectu rerum exteriorum. et quia cognitio magis videtur sequi virtutem actiuam quam passiuam: ideo secundum eos cognitio potius debet attendi secundum facultatem rei cognite que est actiua: quam anime cognoscentis que est passiuam.

sensibilia queque collustrat: non sensibili sed imaginaria ratione iudicandi. Vides ne igitur ut in cognoscendo cuncta sua potius facultate quam eorum que cognoscuntur utantur. Neque id iniuria. nam cum omne iudicium iudicantis actu existat: necesse est ut suam quisque operam: non ex aliena sed ex propria voluntate perficiat.

Adetrum quartum quinti libri.

Quondam porticus attulit
Obscurus nimium senes
Qui sensus et imagines et corporibus
extimis: Credunt mentibus imprimi
Ut quondam sceleri stilo
Mos est equore pagine.
Que nullas habeat notas:
Pressas figere litteras.

Debetum Quartū

Sed mens si propria vigens. Sic improbat hanc opinionem. Secundo ponit suas
veritatem. ibi. Hec est efficiens. Primo ergo deducit ad plura inconuenientia istam
opinionem dicens. Sed si mens vigens nihil explicat proprijs motibus id est si nullā
actionem propriam habet: sed tantum iacet patiens subdita motis id est similitudinē
bus corporum: et si ipsa reddit id est representat: cassas imagines rerum id est similitu-

Sed mens si proprijs vigens
Nihil motibus explicat
Sed tantum patiens iacet
Motis subdita corporum
Cassasq; in speculi vicem
Rerum reddit ymagines
Unde hec si animis viget:
Lernens omnia notio
Que vis singula prospicit
Aut que cognita diuidit
Qui diuisa recolligit
Alterūq; legens iter
Nunc summis caput inserit:
Nunc decidit in infima
Cum sese referens sibi
Veris falsa redarguit
Hec est efficiens magis
Longe causa potentior:
Quam que materie modo
Impressas patitur notas
Precedit tamen excitans
Ac vires animi mouens
Viuo in corpore passio
Cum vel lux oculos ferit

passiua & actiua q̄ indicat & ponit & diuidit & vna falsis redarguit: & aia intellectiua ē bu
iusmodi: ergo &c. Ad aior nota ē: qz iudicare: cōponere: diuidere: redarguere vident esse
opariōes actiue. minor appet. aia iudicat iter vtz & falsuz: & ponit p̄dicatū cū subiecto
aliqui diuidit p̄dicatū a subiecto: & falsas opiones redarguit. Hec ē efficiēs magis.
Dic pb̄ia pōit v̄itatē dī. Hec mēs ē magis cā efficiēs q̄ est cā lōge potētior q̄ illa q̄ mō
materie, i. similitudine materie patit̄ notas impressas: & qz aliquis crederet q̄ i aia nulla

dines inuicē: speculi id est
ad modū speculi: tūc querit̄
tur vñ viget hec notio. i. h̄
cognitio aīe q̄ aia est cerz
nens oīa nō tm corporalia
sed etiā icorporalia. No.
q̄ primū incōueniens est si
cognitio intellectiua fieret
p̄ solā ipressiōē corpōz in
aia: tūc nō esset virt̄ p̄ quā
aia cognosceret incorpalia
qz p̄ solā ipressiōē corpōz
tm cognosceret corporalia
nūc aut manifestū est q̄ etiā
am icorporalia cognoscit. alī
ud incōueniēs ponit dī. si
aia tm est passiuā que vis
aie singula p̄spicit. i. iudicā
cat: aut q̄ vis aie cognita
diuidit at diuisa recolligit:
aut q̄ vis aie legēs. i. appre
hendēs alterz iter & ponēdī
& diuidēdī: nūc inserit caput
sumis. i. gñalissimis ascen
dendo a specialissimis ad
gñalissima colligēdo multi
tudine: & nūc decidit vel de
cedit secūduz aliā litterā. i.
cadit: in infima. i. i specialis
sima p̄cedēdo a generalissi
mis ad specialissima diuis
dēdo. Lū. i. tandē: aia refe
rēs. i. & parās sese sibi redar
guit falsa veris. i. per vera.

No. q̄ ex littera talis for
matur rō. Illa aia nō ē tm

Libri Quintus

esset passio: ideo subdit, quedam passio precedit operationes anime in vivo corpore excitans
et mouens vires animi ad operandum: ut quando lux ferit oculos: tunc patitur visus: vel
cum vox instrepit id est insonuit auribus: tunc patitur auditus: et tandem vigor mentis ex-
citus id est excitatus vocans species quas intus tenet ad similes motus: applicat eas
notis exteris. i. similitudinibus exterioribus: et miscet, i. applicat imagines exteriores cor-
porum: formis id est specie-
bus: introsum id est in ani-
ma reconditis. Notan-
dum quod Boetius. hic videtur sen-
tentia platonica que ponit
species rerum a principio
naturaliter iditas anime: sed
anima sopita est in corpore: ita
quod non intelligit per eas nisi
excitetur per inuentiones
sensuum exteriorum. excitata
autem euocat speciem simi-
lem illi quam sensus exte-
rior impressit: et applican-
do eam rei exteriori: et sic
intelligit per eam. ad hanc
intentionem etiam loquitur
linconiensis primo po-
steriorum dicens. Ratio in no-
bis sopita non agit: nisi pri-
us per operationes sensuum quibus
admixta fuerit expectata. Notandum quod ex littera videtur quod intellectus possibilis intel-
ligendo etiam sit actiuus: cum sit causa efficiens ut dicitur in littera. Aristoteles autem tertio de anima vult
quod intelligere sit passio: et quod intellectus nullam habet naturam nisi quod est possibilis vocatur. Ad hoc
dicunt aliqui quod quia anima comprehendit rationem intellectum possibilem quod agens: anima est actiua: imo causa
effectiua intellectus ratione intellectus agentis: sed est passiuus ratione intellectus pos-
sibilis. vel dicendum quod intellectus possibilis est potentia passiuus saltem quo ad pri-
mum eius actum: cum intelligere sit passio. Sed omnis potentia passiuus de necessitate requirit po-
tentiam actiuam que reducat ipsam ad actum. Tale autem actiuum non potest esse res corporalis extra:
cum agens sit presentius passio: ideo tale actiuum ex parte anime erit intellectus agens: cuius opera-
tio est facere potentia intellecta actu intellecta: ita quod a rebus extra virtute intellectus ag-
entis imprimatur aliquid intellectui possibilem: per quod in actum intelligendi reducitur. Non est ergo
vultio Boetii negare quin mens sit passiuus ratione intellectus possibilis: sed vult quod mens siue
anima magis habeat efficietiam in intellectu quod sit passiuus ab ipsis corporibus exterioribus: et per consequens
efficietia intellectus non dicitur attribui rebus exterioribus: quod erat de intentione stoicorum. Prosa. v. li. quinti.

Quod si in corporibus sentiendis. Hec est quinta prosa huius quinti libri: in
qua probat specialiter diuinam cognitionem esse secundum modum cogno-
scentis et non rei cognite. Secundo ostendit insufficientiam eorum qui ex ves-
tro modo cognoscendi improbant providentiam diuinam ibi. Quid igitur etc. Pri-
mo facit quod dictum est. Secundo infert duas conclusiones ibi. Hac itaque. Primo
dicit. Si in sentiendis id est in cognoscendis corporibus animus noster non tan-
tum insignitur id est efficitur passione corporis: sed ex sua vi iudicat passionem sub

Vel vox auribus instrepit.
Cum mentis vigor excitus
Quas intus species tenet
Ad motus similes vocans
Notis applicat exteris
Introsum reconditis
Formis miscet imagines.

Prosa quinta quinti libri.

Quod si in corporibus sentiendis
quauis afficiant instrumenta sensu
um forinsecus, obiecte qualitates
aiq; agentis vigorē passio corporis antecedit:
que in se actum mentis prouocet: excitatq; inte

Prosa Quinta

sectam corpori ita quod in cognoscendo sequitur proprium motum: quauis qualitates obiecte forinsecus afficiant id est mutant: instrumenta id est organa sensuum: et passio corporis antecedit vigorem agentis animi: que passio prouocet actum mentis in se: et excitet formas intrinsecus quiescentes. Si hoc est in animo nostro: multo magis ea que absoluta sunt cunctis affectionibus id est qualitatibus corporum: sicut intelligentie sepa-

rim quiescentes intrinsecus formas si insipientis in quibus corporibus animus non passione insignitur: sed ex sua vi subiectam corpori iudicat passionem: quanto magis ea que cunctis corporum affectionibus absoluta sunt in discernendo non obiecta extrinsecus sequuntur: sed actum sue mentis expediunt. Hac itaque ratione multipliciter cognitiones diuersis ac differentibus cessere substantiis. Sensus enim solus cunctis alijs cognitionibus destitutus immobilibus animantibus cessit: quales sunt conche maris queque alia saxis herentia nutriuntur. Imaginatio vero mobilibus beluis quibus tam in eum fugiendi appetendiue alijs videtur effectus. Ratio vero humani generis est sicuti sola intelligentia diuini.

gnoscencia sint diuersa secundum naturam: oportet diuersis cognoscentibus conuenire diuersas cognitiones. Unde dicit. Hac itaque ratione: quia cognitio sequitur naturam cognoscentis: multiplices cognitiones cessere id est cesserunt diuersis ac differentibus substantiis. Sensus enim solus destitutus alijs cognitionibus cessit animantibus immobilibus quales sunt conche maris et quecumque nutriuntur herentia saxis. Imaginatio vero cessit mobilibus beluis que mouentur motu progressiuo: quibus videtur inesse affectus id est appetitus fugiendi malum vel appetendi bonum. Ratio vero per quam comprehendimus vniuersale tantum est humani generis: sicut intelligentia est diuini generis. Tunc ponit secundam conclusionem quod illa conclusio est notior et nobilior que non solum apprehendit proprium obiectum: sed etiam obiecta aliarum noticiarum id est cognitionum. Unde dicit. Quo fit ut ea noticia id est cognitio: preter id est nobilior sit ceteris: que suapte natura id est propria natura: non modo id est non tantummodo proprium obiectum cognoscit: sed etiam cognoscit subiecta ceterarum noticiarum. Noticia circa primam conclusionem quod cum actus et operationes diuersificentur secundum diuersitates agentium operantium: sequitur si agentia et operantia sunt diuersa quod habeant diuersas operatio-

rate: et precipue deus illa in discernendo non consequuntur obiecta extrinsecus: sed expediunt id est perficiunt actum sue mentis id est operationem intellectuam secundum naturam propriam.

partes decenti artificialium et naturalium in processu: et perspicua intelligentia comprehensione nominis stabiliri. In primis ergo prima scilicet puerorum oblectamenta sunt prelibenda. Secundo videlicet qualiter adultorum elatio magistratui subiicienda sit et discipline connectenda. Tertio de eorum elatione reprimenda exemplorum commendationem distincte expo

di a communioribus ad specialiora: et ideo dicit artificialium. quod autē subiungit naturalium quo ad ordinem nature dixit quo ad specialioribus ad vniuersaliora fit processus. ea enim que nobis ignotiora sunt nature notissima esse dicuntur: quo fit vt secundo metaphisice dicitur. Sicut se habet oculus nicticoracis ad solis lumen: sic se habet intellectus noster ad ea que manifestissima sunt nature. Deinde sequitur in textu. et insuper quid est lucidius in ipso magistrante q̄ exhibitio id est subministratio gradualis id est beneordinata virium intelligentie scilicet doctrinarum: quasi diceret. nihil. Et huius ratione subiungens inquit: enim pro quia supple nos Boetius nouimus stabiliri id est firmari: partes eloquentie in processu id est ordine atq; modo debito naturalium et artificialium. similiter etiam in comprehensione perspicua i. subtili intelligentia doctrinarum. **N**otandum q̄ intentio Boetij fuit nuditati eruditorum obuiare: atq; eos ab ignorantie nebulis ad apicem scientiarum transducere. verum quia modus ordo atq; regula in hoc potissima fore noscuntur iuxta illud **E**t ordo summa limes sapientis in arte. et item **D**oratus. **E**st modus in rebus sunt certi deniq; fines. **U**ltra quos citra que nescit consistere rectum. ideo Boetius opus hoc scribendum assumpsit: in quo modum atq; ordinem tradit quo quisq; facilliter i culmen scientiarum eleuatur: ibiq; constitutus splendidus celebris atq; gloriosus stabilitur. **N**otandum gymnas dis. pugna vel lucta dicitur. **E**t dicitur a gymnos id est nudus: quia nudi talibus in ludis fuerunt exerceri: inde hoc gymnasium locus in quo talia quondam fiebant. et hinc facta transumptione studium scholarum atq; magistrorum gymnas dicitur: atq; locus studij gymnasium: et quandoq; ipsuz studium dicitur vt in proposito: quia sicut in palestra corpus: sic in studio animus exercetur: et inde accidit vt omnium pene artium exercitiu vel locus exercitij gymnasium dicatur vt schola. et vt quidam dicunt gymnasium grece latine exercitiu dicitur. **N**otandum inter intellectum intelligentiam atq; intelligibilitatem hoc interest. **N**az

Prohemium

Intellectus proprie vis anime est comprehensiuā incorporearum substantiarum formis subtraharum vel formarum circa eas. Intelligētia vero vis est anime que aspirat ut aliquid circa diuinam substantiam comprehendat. Intelligibilitas vero vis quedam est anime omnium formarum in quadam simplicitate complicatiua absqz ordine naturali vel temporali: et tali modo solus deus comprehendit res: quia eas omnes vno intuitu absqz successione dicitur comprehendere.

nendo. Quarto de scholarium sagaci provisione: eorumqz graduāli statōne. Quinto qualiter scholarium venerabilis ac sincera deuotio ad magisterium proferenda sit. Sexto de magistratū norma trinaqz diuisione statuqz erga subditos modoqz docendi precognito. Hec autem ad intelligentie cognitionem suscepimus peragēda: pristinum modum tractandi fere omit

nes vno intuitu absqz successione dicitur comprehendere. In primis prima puerorum et cetera.

Hec est secunda pars principalis huius probe mi: in qua postq̄ intentionem suam atqz intentionis sue causam explicuit: nunc ordinem suscepti operis et quicquid in toto libri processu peragendum sit luculenter insinuat. Et diuiditur hec pars in sex partes. In prima monstrat quid in primo capitulo pertractandum sit. In secunda quid in secundo: et sic

De singulis. secunda ibi. secundo videlicet. tertia ibi. tertio de eorum: quarta ibi. quarto de scholarium. quinta ibi. quinto qualiter. sexta ibi. sexto de magistratuum et cetera. Et dicit q̄ in primis id est in primo capitulo oblectamina alias est oblectamenta id est documenta leuia puerorum sunt. prelibenda id est pertractanda vel p̄mittenda. Et rationem huius ponit Albertus super illo primi libri philosophorum: cum dicitur q̄ pueri primo appellant omnes viros patres et cetera: quoniam ipsi pueri cerebrum habent humidum ac frigidum: sic q̄ rerum sensibilium differentias minime capere possunt. sed cum cerebrum in eis magis exsiccat: tunc in eis cognitio magis erit nota: quare a facillioribus et communioribus inchoandum erit ordine ipso doctrine: et transeundum ad difficiliora et ad specialiora. hec enim via nobis innata est primo philosophorum. secundo vero videbitur: hoc est in secundo capitulo qualiter elatio id est superbia: aduulorum id est etate iam maturorum sit subiicienda id est supponenda magistratui: et connectenda id est coniungenda discipline. Elatio nempe atqz superbia discipulum nullo modo studere permittit: cum sapiens dicat. In maluolam animam non introibit spiritus sapientie: et hinc in tertio capitulo docetur de reprimenda id est corrigenda elatione eorum scilicet aduulorum. et hoc exponendo distincte id est succinte commendationem exemplorum ad propositum comprobandum. quarto autem capitulo supple tractabitur de sagaci id est prouida provisione scilicet rerum exteriorum sine quibus difficulter philosophari contingit. propter quod et sacerdotes in egypto ut Aristoteles in methaphisicis testatur est acquisitis rebus necessarijs propter admirari primo inceperunt philosophari. quinto supple capitulo determinabitur qualiter venerabilis id est honorabilis: ac sincera id est pura deuotio id est intentio scholarium: est proferenda id est exhibenda vel offerenda ad

Prohemium

magisterii. Sexto id est. vi. capitulo tractabitur de norma magistrantium: quod pro trina diuisione id est partitione magistrorum: quod pro et de statu ipsorum erga subditos: et hoc precognito id est prescito: modo docendi id est informandi. Nota sagax omnis generis idem est quod ingeniosus prouidus astutus et prescius futurorum: inde sagacitas.

Item sincerus sincera sincerum vel sinceris in eodem sensu id est sine cera: scilicet purus constans mundus sine vicio vel labe: et producit. e. vii de Horatius in epistolis in fine secunde epistole.

Sincerum nisi vas quod cumq; infundis accipit.

Item Virgilius in moreto. subadit sincere: foras minibusq; liquatur. Emu data seres et cetera. Hec autem ad intelligentie cognitionem. Hec est tertia pars principalis huius probemij in qua Boetius modum procedendi in libro promittit. Et diuiditur in duas partes. In prima facit quod dictum est. In secunda causam dicti assignat. secunda ibi. Quomam in maiori et cetera. Et dicit sic: autem pro certo nos Boetius suscepimus hec supradicta peragenda id est perficienda ad cognitionem intelligentie: nos inq; obmittentes fere id est totaliter modum pristinum id est per nos obseruari solitum: tractandi id est scribendi: nunq; id est nullo tempore perusi: leuiori id est planiori: stilo id est modo scribendi. quomam et hic causam dicti assignat: quia executio subaudi presentis operis pro maiori parte est pro rudibus id est indoctis: informandis id est instruendis quo calle ad scientiarum apicem valeant pertingere: subaudi eapropter hec translatio. alia littera habet translatio de lucidandi id est declarandi hanc semittam atq; callem erit tanto leuior id est planior

Notandus in littera committitur color rherboricus qui vocatur lepos: et est ad aliquam singularem personam per verbum pluralis numeri causa honoris vel ornatus facta locutio: vt Cicero scribaris. nos Boetius suscepimus hec peragenda.

Qui indiscreti et cetera. Finito probemio consequenter incipit tractatus: In quo ea que in probemio peragenda promiserat. nunc ordinate exequit. Et diuiditur totus tractatus in. vi. capitula: in quorum primo ostendit quam manerie rudes atq; indiscreti ad discendum introducant. In secundo quomodo scholares ipsi magistratui subiiciantur. In tercio quomodo elatoꝝ supbia copescat. In quarto qualiter scholaribus ipsis per res exteriores quarum fortuna est domina sagaciter provideatur. In quinto qualiter scholarium sincera deuotio ad magisterij

tentes nunq; leuiori stilo perusi: quoniam in maiori parte pro rudibus informandis est executio: et tanto leuior dilucidandi debet esse translatio.

Finit probemium:
Sequitur tractatus:

cellitudinem subuehatur. In sexto magistrantum norma plenus edocetur. secundū
 ibi. Cū is autem scholarum rudimentis. tertium ibi. Cum autem discipulus. quartū
 tum ibi. Omnia siquidem. quintum ibi. Cum ad magistratus. sextum ibi. Expeditis
 autem his. Et hec totius tractatus competentior censet fore diuisio. Constat enim
 Boetium ipsum in probemio hoc ordine diuisisse: quibus plerique existant qui totalem

ipsum librum tribus par
 tialibus arbitrentur par
 tiendum. Capitulum au
 tem primum quod est de
 principia rudium atq; in
 discretorum introductioe
 in duas partes diuiditur
 In quarum prima de his
 que circa exteriora intro
 ducēdi videlicet circa cor
 pus atque corpori adias
 cētia attenduntur tractas
 tur. In secūda vero de his
 que circa animū atq; ani
 mum exornantia et fouen

Capitulum primum.

Quam autē indiscreti et impotē
 tis septēnis infantia dicitur ad

tia ut sunt doctrine et scientie edocetur. secunda ibi. In primis igitur. Prima harum
 adhuc in duas. In prima determinatur de his que circa corpus introducendum at
 tendēda sunt priusq; doctrine mācipetur. In secunda que circa corp^o ipius attēden
 da sunt pertractatur postq; doctrine nouiter mācipatus existit. secunda ibi. Sibari
 orū autē. Prima quarū adhuc in duas. In prima facit qd dictum est. In secūda hoc
 ipm exemplis cōfirmat. secūda ibi. Legitur. prima hanc iterum in duas, nam primo
 declarat illa que circa corporis introducendi mēbra cauenda sunt. secūdo que circa
 introductionis tēpus. secūda ibi. Et ne tēporis intēperies. Dicit ergo Boeti^o p^o
 qd cū infantia. i. pueritia: septēnis. i. septē añoz: et hac etate infantia finitur ac pueri
 tia incipit: indiscreti. i. indocti et ipotēris subaudi viriū corporis ductur ad ibuenduz
 i. crudie duz: cauendū. i. prospiciendū est: ne dispositio subaudi naturalis mēbrorum
 supple corporis infantilis integraliū. i. integrantiū: utpote manū et pedū similiter et
 alioz mēbroz sit idēcēs. i. incōposita iperfecta disproportionata aut natura turpis:
 et subaudi cauendū est: cū idiscret^o ille ad ibuēdū ducitur: ne intēperies. i. proportio
 natioe qualitatū dñantiū ipis: utpote pro sicut obtusitas. i. dunties hyemis et strigē
 tis propter excessiū frigus: cuius natura est cōringere in homogen^o: vel profundit^o
 ras. i. excessus estatis cōburentis propter caloris excellentiā generet incremētum. i.
 augmētū periculi subaudi ipsi itroducēdo. hec enī ipsa nisi cauti^o prouideātur: ma
 gna quidem incremēta periculi puerili adducūt teneritati. Notādū in hoc qd dicit
 Boc. septēnis infantia et c. intelligere facit pueros ipsos i infantia litteris mācipā
 dos. Etas nāq; ipsa ad hoc apta tunc est: qm parū adhuc viderat: quare oīa sibi no
 ua: nouarūq; rerū auida: et quicquid audiat admiretur: dubitet ac interroget: sicq;
 posthac mētis sum pro robore qd noua testa ceperat retineat firmi^o clariūq; itelligat
 Hac nēpe etate ut tāgit Quintilian^o libro p^omo institutionū. qd quid cōcipitur facilius
 radicitur. unde Varro in sententijs. Sapiūt vasa qd quid pri^o acceperūt. sic iquit ē de
 infantib^o. et Aug. libro cōfessionū p^omo de seipō lamētabiliter fatef inuenturēz ludis
 et nō studijs semper exposuisse. in scholas inqt dat^o suz ut litteras discerez: i qbus qd

Capitulum

utilitatis esset ignorabas miser: sed ludere delectabat. Et est infantia ipsa prima etas
tum hominis que septennio durat: a quo incipiens pueritia quasi pura ad gignen-
dum minime apta in quattuordecimum excurrit annum: a quo adolescentia adulta
ad gignendum apta: que in vicesimo octauum prorogatur annum: a quo iuuentus
incipit vsq; in quinquagesimum annum protensa: et ab hoc senioris etas qua greci
presbitem vocant sumēs
originem: in senectas hoc
est septuagesimum annus
progreditur: que nullo an-
norum numero perficitur
sed post quinque illas etas
tes quantumcuq; vite su-
perest: ipsi in labore atq;
dolore deputatur.

imbuedum: cauendum est ne membroru
indeces sit dispositio: vt pote integralium
7 ne aeris intemperies vtpote cōstringētis
hyemis obtusitas: 7 cōburētis estatis pro

Notādū q̄ Boetius dicit
summo opere cauendum ne litteris imbuendus membrorum disproportionem habes-
at. hec enim membrorum inepta monstruositas monstrum in anima iudicare neces-
se est: vti Philemon: Palemon: Zorus: Aristoteles: et alij multi plurimi retulerunt:
quoniam anime ipse sequuntur corpora: et secundum se non sunt impassibiles a cor-
porum motibus: et hoc manifestum fit valde in ebrietatibus et egritudinibus. multis
namq; anime mutate videntur a passionibus corporis: ex quo et illud vulga-
re sumpsit exordium. Rusticus in corpore: rusticus 7 in anima. Cum enim membro-
rum figura et habitudo et generentur et nutriantur ex sanguine: similiter quoq; et
spiritus qui vehicula sunt virtutum anime ex humore sanguinis generantur: conse-
quens est vt ex ipsa membrorum habitudo inclinationes passionum cognoscantur:
ipsamq; animam vectam in multis motum sui vectoris sequatur. propter quod
sapiens Ptholomeus dixit: q̄ diuinus melius et verius pronunciat accipiens iudicium
a stellis secundis: secundas vocans stellas figuras et accidentia inuenta in
rebus phisicis: que a superioribus impressa sunt. hoc enim iam impressus scimus ma-
terie: quare pro certo pronunciamus totum ad accidentia illa esse inclinatum: quo et
fit vt molles quidem carne aptos mente dicimus: distortumq; vultum sequi. distor-
tia morum.

Notandum circa hoc qd̄ dicit. Et ne temporis intemperies et cetera: sicuti docet
Antena secunda sen. primi canonis capitulo quarto summe prime: quod est de iudi-
cibus temporum et eorum mutationibus: omne tempus qui complexionem habet san-
nam proportionale est ei conueniens. cum autem infantium complexio in calore fe-
re temperato et humiditate fere superflua existat: vt eodem canone sen. i. doctrine pri-
me. capitulo secundo: conueniens est vt ipso imbuendo proportionale tempus sue
eligatur nature. hoc autem inter quattuor anni tempora ver est a puncto equinoctia-
li incipiens vsquequo in medium thauri deueniens estate inuruetur. Est enim in
terris tempus hoc temperatius: quoniam non tantum necesse sunt res calefaciens
tes propter frigus vt sit inde multum curandum: neq; euentatio propter calorem et
in ipso quidem est principium frondendi arbores: et eius tempus est tempus apud
medicos inter equalitate vernalē existēs: aut an ipsam: aut post ipaz paru: donec sol

fit in medio thauri: quamuis apud astronomos in estium tropicum prorsus exten-
da tur: post quod temp⁹ temperiei vicini? Antumpnus est. reliqua aut duo rpa aut
excessiuo frigore aut abundanti calore in temperiei sunt subiecta: quo fit vt imbecil-
lis infantia aut vere aut autupno plus tamen vere litteris duntaxat mancipetur:
Legitur em thimothei filium. In hac parte Boetius supradicta exemplo corrobora-

funditas periculi generet incrementum. Le-
gitur enim Thimothei filium lepra incum-
bente castratum: loripedem: gibbo tumē-
tem doctrine mancipatum plebeiam exti-
tisse abiectioem: suorumq; sociorum de-
tractionem ridiculosam. Similiter preto-
ris suburbanii filiolum canicula instigan-
te litteris vidimus mancipatum. Luz au-
tem solita nō gauderet umbrellā: propria
virtute destitutus: hictertie pena permol-
litus: vitalibus tādē spiritibus attenuatus
limphatico morbo occubuit. Ecce quātū

rar: qualiter scilicet mini-
ma supior obseruato ma-
gnus piculi dederat incre-
mentum. Et diuiditur in
duas partes scdm q; poit
duo exempla. In prima
enim ponit exemplū quo
ad corporis membra. In
secunda vero quo ad tem-
poris intemperiez. secun-
da ibi. Similiter prois.
Et dicit sic. eniz pro certe
legitur supple in exemplo
filiz thimothei castratū
id est testiculis erutum: et
hoc incumbente id est im-
minente lepra illo morbo:
loripedem id est clauduz
vel pede tortum: q; pro
et tumentem gibbo id est

struma in dorso: mancipatum id est traditum doctrine extitisse: abiectioem id est
despectionem: plebeiam id est plebis: q; pro et deductionem id est subsannationem
ridiculosam sociorum suorum. Similiter supple alio exemplo vidimus filiolum pre-
toris id est prepositi suburbanii: mancipatum litteris: canicula illa stella instigante
id est furente: autem pro certe cum subaudi ille pretoris filiolus: non gauderet id est
frueretur: solita umbrellā id est consueta umbra: ipse destitutus id est derelictus pro-
pria virtute: q; pro et: permolitus id est afflicus: pena id est morbo hictertie: tādē
id est finaliter: attenuatus id est consumptus spiritibus vitalibus: occubuit id est
vitam clausit: morbo limphatico id est aquatico qui est ydropisis: et reliquit ecce id ē
vide quantum difficultatis indispositio membrorum supple in Thimothei filio et in
temperies acris subaudi in pretoris filio contulerunt teneritati puerili. ille namq;
abiectio plebis extitit: hic vero infirmitatibus diem vite sue miserabiliter clausit.

Nota circa hoc quod dicitur canicula. Duplex in celo canis est: maior et minor.
Maior alto nomine dicitur Syrius: et habet in forma stellas. viij. extra vero. xi. Ad
minor anticanis nominatur stellarum. ij. Cum vero sol canem maiorem intrat calor du-
plicatur: et egritudines in humanis corporibus generantur: quibus ad exitum multi
pereunt et ab hoc cane dies caniculares dicti sunt. Et de hoc Persius inquit. ita sic
ca canicula messes excoquit: et in hunc canem licentia poetica fingitur bicar in canicu-
lam fuisse mutatam. Notandum q; lepra est morbus consuetus corrupens fi-
guram et formam et compositionem membrorum: et sic finaliter ipsum continuum sol-
uens prou. mens ex materia melancolica dispersa per totum corpus. Et hec aut itro-
ducitur ab ytero aut post. Si ab ytero: hoc est quia generatus est tempore menstrui

Capitulum

orum: aut quia filius est leprosi: aut quia leprosus concubuit cum muliere pregnante. Si post utrum hoc potest esse: quia aut aer est malus et corruptus pestilentialis: aut continuauit cibaria melancolica: scilicet lentes et alia legumina: et carnes melancolicas: ut vulpis vili et apri et cetera. Notandum est quod histeritia est vniuersalis defedatio cutis: sicuti morphea est defedatio cutis maculosa: sed tamen differunt in hoc: quia morphea est propter errorem tertie digestiue: histeritia propter errorem secunde. Et sunt tres eius species: scilicet citrina: viridis et nigra. et hunc morbum frequenter ydropis sequitur: qui est error virtutis vniue in toto corpore sequens mutationem virtutis digestiue in epate: et ita ydropis est error virtutis digestiue in epate.

difficultatis membrorum indecens indispositio et aeris intemperies teneritati puerili contulerunt. Libariorum autem mediocris sit facultas. potus autem si tenuis eiusdemque parcitas. Vestium autem similiter absit penuria

Item loripes id est claudus habens pedem rotatum ad loci similitudinem: vel habens pedem ligneum locis alligatum: de quo Iuuenalis. Loripedem rectus deridet ethiopem albus. Item gibbus id est struma sed inter est. nam struma in pectore est gibbus in dorso. vñ Iuuenalis. Strumosus atque vtero pariter gibboque tumentes. Libariorum autem. In hac parte Boetius pertrahat de his que circa iam nouiter introductum respicienda sunt: scilicet debita ciborum potus atque vestimentorum subministratio: et hoc in generali. In tertio autem capitulo magis specialius. Et dicit autem pro certe: facultas cibariorum sit mediocris scilicet neque abundans neque deficiens. potus autem tenuis supple sit: quod pro et parcitas id est modicitas eius: et penuria id est carentia vestium absit. Notandum quod natura per se non est sufficiens ad speculandum: sed oportet cibum et potum et reliquum famulatum preexistere. sed hec nullo modo excessiua: cum natura modicis minimisque contenta sit: libro secundo de consolatione philosophie prosa quinta. Tollenda ergo fames est ut inquit Seneca. xv. epistola: quam tollerauerunt quidam in obsidione: exemplo maiorum nostrorum qui terras lustrabant: ac maria non ut nullum vinum preciosusque: cibus fauces eorum transiret: sed soli contemplationi dediti: maluerunt potius comedere ut viverent: quam vivere ut comederent. Tyrannides enim atque subuersiones urbium bellaque vel hostilia vel ciuilia: uti Hieronymus in epistolis testatur: non pro simplici victu oleum pomorumque excitari Diogenes asseruit: sed pro carnibus epularumque delitiis legamus predecessorum libros antiquorumque volumina Dicearchi: Xenophontis: Iosephi: Euboli reliquorumque pene omnium qui hystoriam scribunt: et nil aliud reperiemus quam vilibus cibus et his modicis veteres illos obstudius vitasse: crapulam quoque atque delicias veluti contemplationum impedimenta penitus euitasse. ipse enim delitie mentem humi deiecit: atque eorum corporeis nexibus retentum: ne in apicem contemplationis eleuet prepediuit. Adolestia autem victualium econuerso quo fit ut Iuuenalis graculum esurientem in celum eleuet. Persius quod flaccus. Psitaco picas cornuque nostra inquit verba conari. dicit Iuue. de graculo. Graculus esuriens ad celum iusseris ibit. Et ite de reliquis Persius. Quis expedit vit Psitaco suum cberere. Coruos quis olim suum cocauit salutare. Picasque docuit nostra verba

conari. Magi artis ingenijq; largitor. Elenter negatas artifex sequi voces. In primis figurarum. hec est secunda pars principalis huius primi capituli in qua Boetius pertractat de his specialiter que circa erudiendi animum versantur atq; euz exornant fouentq;: vti sunt doctrine & scientie quibus ipsi rudes iam primum litteris mancipati sunt erudiendi. Et diuiditur hec secunda pars in tres partes. In quarum

In primis igitur figurarum elementa representantium imprimenda est dilectio: coniungendarumq; litterarum non parum artificiosa coniunctio. Ne tali laborioso certamini multum est insistendum

prima ostendit in quibus ipsi rudes primitus sunt imbuendi. In secunda in quibus secundo. ibi. Cōpleto. In tertia in quibus tertio. ibi. Cū isis autem leuitatum. Prima harum adhuc in duas partes subdiuiditur. In prima ostendit quomodo rudes primum in grāmatica imbuantur

poesi & rhetorica. In secunda cautelam circa hoc subministrat. ibi cauendum. Prima iterum in duas. nam primo ostendit quomodo in grammatica erudiantur. secundo quomodo in poesi & rhetorica. ibi. Seneca traditio. Prima adhuc in duas: nam primo facit quod dictum est quo ad prima grāmaticae elementa. secundo quo ad secundaria fundamenta. ibi. Secundum laboriosum. Prima iterum in duas. primo facit quod dictum est. secundo tempus circa hoc statuit quo huiusmodi eruditioni sit immorandum. ibi. Nec tali laborioso. Et dicit primo Boetius: q̄ dilectio figurarum representantium elementa id est litteras: est imprimenda rudibus in primis id est in principio: q; pro et coniunctio id est combinatio coniungendarum subaudi litterarum ad syllabas & dictiones faciendā: coniunctio inq; artificiosa non parum id est multum: & tangit ibi liprote: deinde tempus quo huic sit immorandum studio adijcit dicens. nec est insistendum id est immorandum multum tali laborioso: certamini. i. studio: nec ē abundantum. i. recedendum cito. Seruo illi magistro placet: & est paribetis: quomaz subaudi si puer visus fuerit: promptior. i. est potētor ex frequēti supradictorū vsu in multis. i. mltro: tunc reperitur abilior in alijs scientijs subaudi altioribus. Notandum q̄ hoc. dicit rudes primum in grāmatica imbuendos. & ratio huius est: quomā vt vult Alforabius ipsa grāmatica mater est aliarū artū: q̄ a litteris nomē accepit. Dicit eiz grāmatica a grāma quod est littera & icos scientia. ipa enim ē qua p̄ceptū hūanū de mū cūcte doctrine apti? liberiusq; significatur. hanc necessitas adiuuenit. cū eiz arte eius inuentiōem homines inordinate atq; pro libito & sine arte loquerentur: eueniebat vt minus bene conceptus suos exprimere: sed & minus apte intelligere valerent quo fiebat vt tardius ac difficilius scientias tradere possent. qua de re curauerunt sapientes has incommoditates tollere: tradideruntq; artificiosum loquendi modū vni formam ac congruam: vt omnes conceptus humani demum cūcte doctrine per eādem arte liberi? significaretur & addisceretur. Notandum q̄ hoc. vocat oēs litteras elementa & nō incongrue. sicut enim ipsa elementa principia sunt oiz elementarorū: sicut tere principia sunt oim dictionū & eim orationū: quo fit vt sicut ex diuersa coniunctiōe elementorū diuersa fiant elementarorū species: sic quoq; ex diuersa combinatione litterarum diuersa fit vocum dictionū & orationum representatio. Et has litteras multiplicem auene fore noscimus. quāsdā eiz hebreas: alias chaldeas: alias egyptias: alias grecas: alias latias. hebrearū. q̄ prius dicit iuero: erat moyses: & sunt numero

xxij. Syriorum autē et chaldeorum hebreis litteris numero et sono concordantes: solis
 characteribus differentes litteras Abraham inuenisse creditur. Egyptiorum uero lit-
 teras Isis regina Inachi filia de greca ueniens in egyptum reperit: et egyptiis tra-
 didit. Litterarum autem grecarum uel sum primum sennecis reperierunt. unde Lucas
 nus. sennecis primi fame si creditur auct. Ad censuram rudibus uocemque signare figu-
 ris. Sed Admus Ageno-
 ris filius grecas litteras
 ex sennec. xv. attulit i gre-
 ciam: quibus Ipodames
 in troiano bello tres ab-
 iecit. Post quez Symoni-
 des artificialis memorie
 inuentor tres alias addi-
 dit. Latinas uero litteras:
 ut refert Isidorus: cui in-
 bis maior est auctoritas
 Carmentis nymphe pri-
 mo italicis tradidit. uel
 rum. xvij. litteras solum
 exhibuit: que sūt .a. b. c. d.
 e. f. g. i. l. m. n. o. p. r. s. t.
 v. postmodū autē .h. littera

pro nota aspiratōis addita ē. hanc etiā .q. in p̄cessu t̄p̄is latini iuenerūt: loco cui? uete-
 res .c. scribebant. rursus Salustius ludi magister primo .l. adiuēit: loco cui? ueteres
 c. scribebant: atq; .q. Insuper ex tempore Augusti .x. littera adiuncta est. et postremo
 eiusdem Augusti tempore Latini a grecis duas litteras mutuarunt: scilicet .y. et .z.
 propter nomina greca melius scribenda: quibus omnibus adiunctis latinum ydeo
 ma. xxij. litteris integrari manifestum est. Secunduz laboriosi. In hac parte ostē-
 dit q̄b? debent rudes informari post prima gr̄am̄atice elementa: atq; elementorū cō-
 binationes. Et duo facit. nam primo facit quod dictum est. secundo circa hoc erudi-
 tionem huiusmodi modum tempusq; decernit. ibi animaduertendum. Et dicit secu-
 dum edificium bene quidem edificium similitudine quadam dictuz. nam sicuti sapi-
 ens architector domum construendam ex minimis fundamentalibusq; partibus
 ordinare integrat: sic et magister ipse erudiendum ipsū singulis doctrinarum parti-
 culis: fundamentisq; atq; base integrare debet. Illud ergo secunduz edificium labor-
 nosi certaminis id est studij huius: stat id est firmatur in traditionibus scilicet scri-
 ptis Probr: q; pro et Didymi: horū gr̄am̄aticorum et aliorum scilicet gr̄am̄atico-
 rum: quos auctoritas uenerabilis commendat. Tunc modum in huiusmodi traditio-
 nibus obseruandum ostendit dicens. Certe animaduertendum id est confide-
 randum est in huiusmodi traditionibus statim memoratis: ut latina traditio subia-
 ceat id est correspondeat: fideli resolutioni id est expositioni et declarationi: ut scilicet
 cet ignota p̄ ignotiora: uel unū pro reliquo nō interpretetur. Et aduertendū est ut y-
 deoma. t. loquēdi proprietates addiscētis sit explicatū. i. declaratū: uerborum. i. de
 uerbo ad uerbū. enim p̄ qz: tenacitatem. i. firmitatez fundamenti. s. gr̄am̄atice: et per
 consequens omnium aliarū artium: oportet id est oportutum est consistere in his: scz
 superioribus traditionibus: quasi dicat cum. hec ita sūt: oportumū est ut hec fideliter

nec cito ut Seruio placet abeunduz: quo-
 niam si uisus est in multis promptior: in a-
 liis reperitur tunc et abilioz. Secundum
 laboriosi certaminis stat edificium in Pro-
 bi Didymi qz traditōibus: nec nō aliorū
 philosophorū quos uenerabilis cōmēdat
 auctoritas. Animaduertendum est autē
 i huiusmodi ut fideli resolutioni subiaceat
 latina traditō: et addiscētis ideoma uerbo
 tenus explicatū sit. fundamenti ei tenacita

et dare doceantur. Notandum quod nostre grammaticae plures fuerunt precipui scriptores sicut Donatus: cuius magister Didymus fuisse dicitur in littera positus: Priscianus: Varro et Quintilianus et reliqui multi plurimi: inter quos potest numerari Ennius qui metra composuit primus: cui successerunt Anatheton: Sapho: Archilocus: Symonides: Calofonicus: Asepius et multi alij: quos longum enarrare foret horum scripta:

tem in his oportet consistere. Nec menstruo saltu phebese abeundum est: nec solari cursu tantum confirmandum: sed expleto mercurij intervallo: eodemque fere duplicato diligenter immorandum. Diligentia enim cuiuslibet operis obtusitas permollitur.

id est solummodo: cursu solari. id est anno. per annum enim motus solis perficitur. sed est immorandum diligenter: expleto id est completo: vel toto intervallo id est motu mercurij illius planete: et non vincto: sed eodem scilicet intervallo duplicato: fere id est quasi. et quia mercurius annis duobus cursum suum perficit: quibus duplatis quattuor efficiuntur: liquet quatenus superioribus doctorum traditionibus quattuor annis diligenter sit immorandum. Diligenter inquit: quia obtusitas id est ebetudo cuiuslibet operis peragendi: permollitur id est facilitatur diligentia. Notandum licet secundum philosophum octavo politicorum utile et commendabile sit participare aliquando liberales artes atque mathematicas: quarum usus ordinatur ad exercitium excellentiarum doctrinarum usque ad certum terminum: tamen continue et assidue exercere se in eis usque ad quamcumque perfectionem nonnunquam nocivum est: quia continua consideratio in illis retrahit aut simpliciter aut pro parte ab usu virtutis moralis: quare est statutus terminus quo ipsis et earum cuiuslibet erit immorandum. Notandum sicut iam pluries in philosophicis atque mathematicis probatur est: corpora ipsa sidera tam planetarum orbium quam octavi celi quod Aristoteles primum mobile arbitratus est: lumen atque claritatem a sole recipere. ipse enim est fons luminis: uti corporis sui testatur immensitas: qua terram uti Ptolemaeus docuit centies sexagesies sexies excipit. similiter in eo virtus est vntissima: quod corporis sui probat compactio. similiter quoque in eo lux est diffusior: quod sua in medio orbium ostendit situatio. verumtamen in modo receptionis lucis huiusmodi inter corpora est differentia. Nam alia quidem in profundo recipiunt: uti sunt corpora transparentia: et diaphanica sicut sunt fere omnium stellarum corpora. Alia in superficie tantum: uti sunt corpora opaca: e quorum numero luna est. quocumque tamen modo sint: necesse est ut radiorum lucis protectioni sint obiecta. et quantomagis ab huiusmodi radiorum protectione elongantur: tantomagis ab ipsa luce deficiunt: quo fit ut lunam solum menstruam id est defectivam inter corpora caelestia existimemus tam quo ad nos quam quo ad rei veritatem. quo ad veritatem quidem: cum terre diametralis interpositio ne radijs lucis illuminetur ipsam obnubilat: quod in eclipse manifestum est: quo ad nos autem cum

et si non omnia: tamen aliqua leviora post prima elementa videnda sunt. Nec menstruo. Sic subdit quanto tempore in hoc secundo addiscendi ordine immorandum sit. et dicit. nec est abeundum. id est recedendum: subaudi a studio et certamine predicarum traditionum: menstruo. id est defectuoso: saltu. id est cursu lune: qui cursus mense completur. Nec est immorandum tantum

noua nobis reuoluitur. tempus quoq; reuolutionis huius veteres mensum nomina uerunt amene: quod defectum sonat: hinc menstruosam lunam dicimus quasi mensis quolibet defectiuam. Volens itaq; Boetius certum terminum in grammaticae rudimentis addiscendis constituere: dixit non fore abeundum a studio hoc lunari reuolutione: ne q; menstruosam dixit scilicet mense: nec solari cursu hoc est anno. sol enim uti astrologicis considerationibus iam dudum demonstratum est die quolibet. lix. minus 7. viij. secundis in zodiaco fere graditur: quibus per. ccclxv. dies congregatis: atq; ad integros gradus reductis ccclx. zodiaci gradus constituitur: 7 bis. xij. signa integregantur: quare manifestum est solem totum zodiacum. ccclxv. diebus qui annum efficiunt indubie peragere. neq; etiam illo spacio ab hoc certamine abeundum Boetius statuit: sed immorandum est quattuor annis: quos per mercurij motum expli-
cauit. Senece traditio: Lucani inexplatio. In hac parte Boetius ostendit quibus doctorum traditionibus post superius memoratas doctrinas rudes ipsi sunt imbuendi. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit: q; post supradicta in poetarum traditionibus: in quibus maior pars grammaticae constituta est: ipsi rudes erudiantur. In secunda quatenus in rhetoricis institutis: quae poetriae coniunctissima dinoscuntur postea imbuentur. ibi. Ceterorum autem. Et dicit hinc id est post supradicta sunt indaganda id est perquirenda: haec scilicet Senece traditio id est editio: Lucani inexplatio: quoniam anteq; librum suum perficeret morte preuentus est: Virgilij prolixitas scilicet in scribendo: Stradij urbanitas id est curiositas. semper eorum rerum urbanarum scriptor extitit: flacci scilicet Horatii dura translatio: quae victorum reprehensio. Persij flacci editio durior: subaudi qua Horatii: tam stilo q; victorum reprehensione. Martiani lesio id est reprehensio non indigna immo digna. Nasonis supple Ouidij discretio: haec omnia indaganda sunt: atq; commendanda id est imprimenda: cellule memoriali id est memoratiue. Notandum licet ars ipsa poetica inter seuitas computetur: atq; Plato poetas a ciuitate expelli iuberet: eo q; dicebat eos virtutum inimicos: in quo 7 cum Tullius libro secundo tusculanarum questionum commendat: nihilominus utilis est si f. ni debito imitatur: atq; vsu licito exerceatur. addiscuntur nempe in ipsa verba valde utilia: Augustino libro primo confessionum teste sententia grauissimis referta: ipsius etiam studia iuuentures agunt: senectutem oblectant: secundas res ornant: aduersis per fugium ac solarium prebent: delectas domi: non impediunt foras: penitentiam nobiscum peregrinantur rusticantur: nec mirum cum 7 Democritus tradiderit bonos poetas diuino quodam spiritu inflammari: ex

Senece traditio: inexplatio Lucani: Virgilij prolixitas: 7 Stradij urbanitas: dura flacci translatio: durior Persij editio: Martiani non indigna lesio: Nasonis discretio sunt indaganda: memorialiq; cellule commendata: ceterorumq; philosophorum prout ingenii suppetit capacitas non sub silentio est pretereunda moralitas: ut sic sententiosa dictaminis vigeat serenitas: et metrorum floreat iocunditas. Quam Tullij venerabilis facundia: summus desiderus est collocanda.

In hac parte Boetius ostendit quibus doctorum traditionibus post superius memoratas doctrinas rudes ipsi sunt imbuendi. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit: q; post supradicta in poetarum traditionibus: in quibus maior pars grammaticae constituta est: ipsi rudes erudiantur. In secunda quatenus in rhetoricis institutis: quae poetriae coniunctissima dinoscuntur postea imbuentur. ibi. Ceterorum autem. Et dicit hinc id est post supradicta sunt indaganda id est perquirenda: haec scilicet Senece traditio id est editio: Lucani inexplatio: quoniam anteq; librum suum perficeret morte preuentus est: Virgilij prolixitas scilicet in scribendo: Stradij urbanitas id est curiositas. semper eorum rerum urbanarum scriptor extitit: flacci scilicet Horatii dura translatio: quae victorum reprehensio. Persij flacci editio durior: subaudi qua Horatii: tam stilo q; victorum reprehensione. Martiani lesio id est reprehensio non indigna immo digna. Nasonis supple Ouidij discretio: haec omnia indaganda sunt: atq; commendanda id est imprimenda: cellule memoriali id est memoratiue. Notandum licet ars ipsa poetica inter seuitas computetur: atq; Plato poetas a ciuitate expelli iuberet: eo q; dicebat eos virtutum inimicos: in quo 7 cum Tullius libro secundo tusculanarum questionum commendat: nihilominus utilis est si f. ni debito imitatur: atq; vsu licito exerceatur. addiscuntur nempe in ipsa verba valde utilia: Augustino libro primo confessionum teste sententia grauissimis referta: ipsius etiam studia iuuentures agunt: senectutem oblectant: secundas res ornant: aduersis per fugium ac solarium prebent: delectas domi: non impediunt foras: penitentiam nobiscum peregrinantur rusticantur: nec mirum cum 7 Democritus tradiderit bonos poetas diuino quodam spiritu inflammari: ex

Primum

quo cecinit *Quintus*. Est deus in nobis: sunt et commerta celi. Sedibus ethereis spiritus ille venit. Ipsa etiam poesis rhetorice eloquentie maximum prestat additamentum: quare et rhetorice coniunctissima est atque pene germana. Est enim ut inquit *Cicero* finitimus oratorum poeta numeris astrictior paulo: verborum autem licentia liberior: multis vero omnium generibus socius ac pene par. Cum ergo omnia hec

Cauendum autem est in huiusmodi: ne contigat ut *Fortario* contingebat. Ipse enim triginta annis ignorantiam suam predictorum philosophorum in gymnasiis tradidit imbuendam. Cum vero dies ut preesset mediocribus aduenisset cuius vxor esset *Eneas* dubitasse se diutius assererebat: que in emistigiorum *Virgili* serenitate inuenisset:

poetiarum afferre *Boetius* ipse agnosceret: hortatur ut maiorum vestigia sequentes: rudes ipsi poetas summo opere amplecteretur: et hos maxime quos in textu commemorat: inter quos *Marcus* *Virgilius* tanto excolitur: ut optimus poetarum, dici mereretur: ceterorum autem philosophorum. In hac parte *Boetius* ostendit quomodo post grammaticam atque poes-

*Marcus me genuit
miser me calabra
tenet*

sim rudes in rhetorica sint erudiendi. Et dividitur in duo. nam primo facit quod dictum est. secundo antonomastice circa *M. Tullij* *Ciceronis* facundiam versandus statuit. ibi. *Quantum*. et dicit etiam ceterorum philosophorum moralitas non est pretereunda suo silentio: immo est totis visibus amplexanda: et hoc quantum capacitas id est valentia ingenij ipsius erudiendi suppetit: ut sic serenitas id est splendor dictaminis vigeat sententiosa id est plena philosophorum sententiis atque iocunditas metrorum floreat. et inde subdit. *Quantum* facundia venerabilis *Tullij* est collocanda summis desiderijs: quoniam sicuti *Aristoteles* inter philosophos: inter poetas *Virgilius*: sic quoque ipse *Marcus* *Cicero* inter oratores excludit. Notandum circa hoc quod dicit ut sic dictaminis sententiosam. *Cicero* ipse et reliqui qui rhetorice docere fassi sunt: eloquentiam sine sapientia obesse plurimum et prodesse nunquam. Sapientiam vero sine eloquentia plurimum profuisse: hoc iniquum arbitantes eloquentiam non debere iudicari atque laudari verborum solo splendore: sed secundum grauissimas sententias a vera sapientia sapienter elicitas. Parum ergo substantie vel virtutis aut solide pulchritudinis orationi afferre videtur: qui solum rhetorice et eloquentie vacat: veluti qui nuda ex aliena preciosaque materia verba ligat. qua de re *Marcus* *Cicero* in eo libro quem de oratore ad *Quintum* fratrem edidit: et ipse *Quintilianus* cum de institutione oratoria ageret rarum aut nullum fatentur optimum esse ea etate oratorem: cuius rei asserunt non insulsam causam. nam oratorem in omni sapientie genere persuadere oportet: ut sic que alibi didicit: cum splendore dicendi profert et bene quidem. quo enim pacto in sacris litteris persuadebit: qui eas nunquam legit. aut quis in naturalibus qui *Aristotelem* reliquosque philosophos non viderit: certe nullo. Contingenda est ergo sapientia cum dictamine: ut sic quod in aliena doctrina concipitur: sub decore rhetorico proferat. Cauendum autem est et cetera. In hac parte *Boetius* cautelam circa omnia predicta subiungit: inueniens per ea in superioribus doctrinis ardue diligenter atque cum profectu inuigilandum. Et tria facit. Primo ipsum inconueniens precauendum ostendit. Secundo predicta

Capitulum

epilogat concludendo. ibi. *Ecce quantum etc.* Et dicit cauendum est autem in superioribus traditionibus et circa eas adipiscendas: ne id contingat alicui quod contigit id est euenit Forario sic dicto. ipse enim scilicet Forarius tradidit ignorantiam suam imbuendam id est erudiendam: gymnasijs. i. studijs predictorum philosophorum: subaudi tam grammaticorum quam poetarum et rhetorum. xxx. annis id est spacio. xxx. annorum. Cum vero dies ut precesset scholaribus mediocribus: subaudi eos erudiendo aduenisset: sed post expletus studium. xxx. annorum: assererat id est affirmabat se dubitasse diutius: cuius procer esset enneas quem supple eneam iuenisset in serenitate carminis: dico emestigiorum id est versuum imperfectorum Virgilij. Et rursus idem Forarius requisitus id est interrogatus a quodam suorum discipulorum: qualiter id est quam mensura posset vertere ver-

Requisitusque a quodam suorum discipulorum qualiter primam huius dictionis syllabam magister vertere versu posset: respondit absurdum esse tanti nominis primam syllabam abbreviari: sed potius acuto accentu pronounciari. *Ecce quantum dure ceruicis obtusitas perdidit temporis et expense. Completo autem non indebite huiusmodi gymnasijs rudimento: ad maioris inquisitionis scientie limina procedendum est:*

su. i. in versu primam syllabam huius dictionis magister: Respondit subaudi Forarius: absurdum id est inconueniens fore: abbreviari. i. corripere sed in metro primam syllabam tanti nominis: sed supple arbitratus est eam pronounciari acuto accentu. i. pronuncione longa: estimabat enim ob honoris causam absurdum nimium primam syllabam eius corripere. Tunc epilogando percludit dicens. *Ecce quantum tempus: quod xxx. annos: et quantum expense perdidit obtusitas id est ebetudo dure ceruicis.* Notandum quoniam omnis cognitio teste Tullio in dialogo ad Hortentium multis est obstructa difficultatibus. Est enim et in ipsis rebus obscuritas: et in iudicijs nostris infirmitas. qua ex re Socrates ipse nihil se scire dicebat. Inuigilandum est igitur studio sine desidia: quemadmodum veteres ipsi sapientie studuerunt: ut sic quantum mens imbecilla atque ceruicis excludit obrusitas: tantum iugis atque diligens vigilantia adducat. sic Socratis memorati fuere studia. quoniam ut ait Valerius libro octauo addiscere quotidie non desistebat. De Pythagora etiam fertur: quod doctrinis iugiter insistebat. unde et Ennodius ait. *Artium magister est instantia: Nouerca eruditionis est negligentia.* Hinc Carbo moralis monuit. *Instrue preceptis animum ne discere cesses. Nam sine doctrina vita est quasi mortis ymago.* Non sic Forarius: cuius mores precauendos Boetius asserit. *Hic nempe licet annis. xxx. studio incubuisset: nulla tamen scientia conualuit: cum se recipientem ut decebat tradenti concordia non sociauit.* Notandum Virgilius post multa atque diuersa sua opera tandem eneidem aggressus est. Librum quidem nominibus ac rebus grecis et latinis communem: reliquitque in eo morte preuentus quedam imperfecta: et hoc ea igni ipsum concremari iussit. sed istud haud factum est. Augustus vero iussit Tuccam atque Clarrum viros ea etate excellentes hac lege ipsorum emendare: ut superflua demerent: nil adderent tamen. unde et semiplenos inuenimus eius versiculos: quos emestigia dicunt. De qua re Sulpicij cartaginensis extant huiusmodi versus. *Ausserit hec rapidis aboleri carmina flammis. Virgilius perbrigitum quod cecidere*

ducem. Tucca verat varrusq; simul tu maxime cesar. Non sunt & lacie consulis by
storie &c. Et in his emistigie Jotarius ipse imbecilla mente Eneaz reperens: ipsuz
vxoem fore cuiusdam estimabat: nesciens phrigie ducem. Anchise patre venere ma
tre procreatum Eneam. Nota ceruz proprie posterior pars colli est: & quandoq; acci
pitur pro superbia: quandoq; pro toto capite: & hoc modo hic capi potest: cum dicit

Scientie inq; quam veri falsiq; noui
mus indagatricem: solamq; scientiam sci
entiarum titulo subtilitatis obstipantem
subiecta. Hec est inquam scalaris domi
na: que penetranti vestium natura ad sci
entiarum quarumlibet fastigia prebet in
crementa virtutum. Quid autem lucidi
us cognitione non quinq; vniuersalium: q
est triualium scientiarum magistra: qua
driualiumq; potentia: collateralium scien
tiaruz plenitudo. Ad huius autem imperia
lis domine apices scandendum est hoc ordine.

dure cervicis id est duri cap
pitis ad recipiendum al
ta doctrinarum. Comple
to autem non in debite. Hec
est secunda pars secunde
partis principalis huius
primi capituli: in qua post
q; Boetius ostendit quis
bus primo ab infantia im
buendi sunt iuvenes: nunc
declarat in quibus erudi
di sunt secundo: scilicet in
ipsis primordialibus logi
ce artis institutis. Et di
uiditur hec pars in duas
pres. In quarum prima se
porib; primis ut informa
dos & erudiendos atten
tos faciat logicam apre
commendat. In secunda

ordinem modumq; in logica proficiscendi demonstrat. ibi. Ad huius. Prima in duas.
nam primo dicenda dicitur continetur: secundo logicam commendat. ibi. Scientie in
quam. Et dicit q; completo & pertransito non in debite: subaudi sicuti Jotarius ipse
sine fructu: sed diligenter rudimento id est noua instructione huius gymnasij id est stu
dij grammaticae scilicet & poetice atq; rhetorice: procedendum est ad lumina id est in
troitus scientie que maioris est inquisitionis. i. inuestigationis. Nunc ad commendationem ipsi
logice accedit. ibi. Scientie inquam. Et diuiditur. nam primo commendat ipsam quo ad se to
tam. secundo quo ad partem. ibi. Quid autem cognitione. Primo commendat ipsam totam vno modo
secundo alio modo. ibi. Hec est inquam. Et dicit post predicta accedendum est ad lumina sci
entie maioris inquisitionis. Scientie inquam quam nouimus solam esse indagatricem veri &
falsi: & hec est ipsa logica: cum verum & falsum non indagatur: nisi argumentatione media
te. sola autem logica arguere docet: quare & ipsam sola inuenimus scientiam scientiarum per ant
nomasiam ratione communitatis eius atq; administrationis. adimicula neque omnibus scien
tiis: & ea re commentator ipsam modum sciendi vocat cum dicit. Impossibile enim est scientiam
simul querere atq; sciendi modum: licet hoc aliqui solum de logica vident intelligat. scientiarum
inquam scientiarum obstipantem. i. circumuentem titulo. i. honore subtilitatis: subiecta id est obiecta
aliarum scientiarum. Post hoc commendat eam alio modo & dicit. hec. s. logica inquam est domina scala
ris id est gradualis. per ipsam enim ad culmina omnium aliarum scientiarum accendit: cum ipsa ad om
nium methodorum principia via habeat. & hoc est quod subdit que. s. logica prebet penetra
ti id est rimari: fastigia id est summitates quarumlibet scientiarum: incrementa id est augmenta
virtutum. s. attingendi. & hoc natura vestium id est premissarum. s. maiore & minore media
re. Et vocat ipsas premissas. s. maiorem & minorem extremitates vestes per simile: sicuti

Capitulum

enim vestes ipse corpus circumdant atq; contegunt: sic et premissa conclusionem ipsam includunt. Quia ex re dictum est qd ipsi premissis positis et concessis necesse est aliud scilicet conclusionem euenire ex his que posita sunt et concessa. Tunc commendat ipsam quo ad partem. Et dicit. sed quid est lucidius cognitione vniuersalium. i. ea parte logice que de vniuersalibus est: que. s. cognitio est magistra id est magistratum tenens: triuialium artium id est inter triuiales artes: que sunt grammatice: logica: rhetorica: q; pro et: est potentia id est vis: quadriuialium artium scilicet: arismetice: geometrie: astrologie et musice. ipse namq; sterile mute atq; impotentes sunt sine logica: q; pro et ipsa est plenitudo artium collateralium scilicet omnium aliarum.

Notandum logica inter artes liberales secunda ponitur: quous Boetius

ipsam post rhetoricam moneat addiscendam: et rationalis dicitur. ipsa enim diffinire docet atq; diuidere: verumq; a falso discernere. necessaria certe et utilis ars: quia secundum Hugo. in didascalicon per eam subtilibus obiectionibus latens veritas reperitur. Hanc sapientissimus Salomon in prouerbis addiscendam admonet: dum nos hortatur. vt intelligam sermones prudentie veritatisq; vobis: necno parabolas et obscurum sermonem: et dicta sapientium simul et enigmata: que omnia vti Hieronymus ad magnum oratorem ait: dyalectica sunt. Augustinus etiam inter ceteras artes logicam commendat: quia exercitiora potioraq; reddit ingenia. Hec nempe disciplina est: vt dicit Isidorus libro. ij. que ad differendas rerum causas est adiuuenta: quapropter scientia scientiarum est sine qua nulla aliarum scientiarum perfecte haberi potest

verecundia ruboris est causatiua. Vult dicere Boetius. cum ipse scholaris necessario pe-
cunias suas prestare cogatur: caueat tamen rebus suis: ut aut fideiussore: aut pis-
gnoze securus existat. Et non obstante quanto modica fuerit mutui copia: quoniam plerumque. i.
sepius fortiora tabulata. i. edificia dimoscuntur rure lesione vniuersae scintillule: nimirum er-
go si parua. Notandum Boetius in hac parte summopere dissuadet pecuniarum
prestationem atque mutui dationem: cum ad hoc tam diuina quam etiam humana obli-

succumbere quam fraterne fedus constan-
tie se viua dirumpere. Nec ab inceptis
retrograda permansit quousque inchoata fi-
ne terminauit ydoneo. Tenacitatis indu-
strie rudimento adustioni domestice suc-
currendum est: ne mutuae pecunie diligen-
tia bilem infundat: alterius causa ve rei con-
flictus causam conferat. Quicquid sub
his fiat caute conferendum est: ne pusilla
rerum tenacitas vultum ruboris iudicio in
posterum obstipet. Tabulata ei plerumque for-
tiora vniuersae scintillule lesione rure dimoscunt.

Quartum

gamur lege. quod obrem etiam a Carbone tam lege consultum est. Mutuum da. sed Boetii. quid tandem respondemus? Respondetur licet ea ita sint ut proximo indigent et ad mutui prestationem legibus tam diuinis quam naturalibus teneamur ut necessitatibus suis caritative his mediantibus consulamur. Boetius tamen respiciens plerumque ex huiusmodi prestatione lites et discordias exoriri iuxta vulgare illud. Si res

Quid de caluo milite luce sapientie prestito senserit canicies cognoscatur: qui primo milite flore transitum faciendo latenter sub birro amphoram quam secum detulit mancipij gratie commendauit: statumque leui permutato: alterius vicem elegit cohortis: de ollaque fictili cocum conuenit: rixae rancorisque freno dissoluto indigne cocum rancoreque perferens canicie fictili percussit:

concedas non reuocabis. Si reuocabis non tam cito. Si tam cito non tam carum. Si tam carum vere perdes amicum. Hinc Boetius ammonet hanc mutui prestationem summo opere denegandam: ne occasione beneficii maleficium ingeratur: ut in exemplo proxime sequenti clare videtur. Quid de caluo milite luce sapientie prestito et cetera. In hac parte Boetius circa hoc ultimum remedium ipsius pau-

peratis que aliquando ex mutui datione contingit exemplum ad suum documentum corroborandum de caluo milite subiungit dicens. Cognoscatur supple exemplo quod canicies id est antiquitas senserit de caluo milite prestito id est nobilitate luce sapientie: hic nempe caluus miles faciendo transitum supple in expeditionem quadam in primo flore militie id est cum adhuc militia floureret: detulit secum latenter id est clam: sub birro id est clamide: amphoram quandam subaudi argenteam ut quidam auctumant: alij lucream et verius prout sequitur. de ollaque fictili cetera. vel casu inuentam fortuito vel forte si qua necessitas ingrueret ea mediante commoditati consuleret: quam scilicet amphoram commendauit id est tradidit: gratie id est benignitatis: mancipij id est famuli. sed quid permutato leui statu id est modico tempore transacto caluus ipse elegit vicem id est locum: alterius cohortis id est societatis: atque conuenit supple verbis amicabilibus cocum de olla fictili ut eam restitueret: sed dissoluto freno rancoris: quod per rixam id est iurgij supple inter milites caluum atque cocum: cocum ipse perferens id est patiens rancorem: percussit caniciem supple militis: fictili id est cum fictili olla sic quod opprobriose caput militis offendit: que canicies licet post modum esset decorata id est ornata: ob triumphalis militie gloriam hedera ac herba semper virenti: tamen de cetero miles ipse non potuit reuocare hoc est reducere lesionem id est percussione sibi factam: in pristinum statum scilicet prout prius fuerat: ut scilicet nulla cicatrix permaneret. reuocare inquam conuocare id est conuocare vel medicamine: vilius succi id est herbarum: contrahendo nihilominus ex incursum id est iactu atque percussione fictilis amphore: probra id est opprobria sibi simulque stirpi id est progeniei.

Notandum circa hoc ubi dicitur hedera esset decorata. cetera. Ados apud antiquos extitit utpote clariores ob dignitatis meritum atque ingenij acumen in signis virentis memorie atque intellectus hedera coronarentur: vel uti predictum est ob dignitatis meritum: vel saltem ut vapores caput ascendere impediret. hec enim herbe

Capitulum

huius natura est ut humores fumosos a stomacho ebullientes nequaquam caput ascende
re permittat. Sic apud Virgilium legitur. Pastores hedera crescentes ornate poetam.
Et apud Persium. Quorum imagines lambunt hedere sequaces. hoc autem non so-
lum erga poetas observandum existit: sed etiam apud milites cum quid gloria dis-
gnum bello gesserunt: ex quo coronam vel hedere vel lauri meruerunt. Nota birrum
est grossum vestimentum

Et dicit a greco burbos
Item cohors in supertori
bus expositus est. Sic
ergo tuta &c. In hac parte
Boetius post omnia su-
pra dicta que de egestate
scholarium permiserat: nunc
demum ex his omnibus
qua manere atque norma
paupertas ipsa perferens
sic concludit dicens.
ergo id est propterea que
dicta sunt scilicet tuta fa-
cultas paupertatis sit munda

id est nullo malo luore infecta: anhelans id est intendens semper ad summum:
sitque contenta paruo id est medico scilicet quantum nature sufficit: atque sit perferens id
est patiens: viriliter id est equo animo ad modum sapientum qui se habent sicut tes-
tragonum sine vituperio: incursum id est insultus fortune. sitque omnibus obediens, sci-
licet in nullo rebellis: atque sit prompta id est parata: famulatus id est seruitio. sit ad
loquendum tarda: quoniam in multiloquio raro mendacium deest. sitque fidelis in
obsequio id est seruitio: sitque integra id est non lesa sed plena amore: dulcis id est affa-
bilis colloquio: atque sit carens timore id est superbia atque inflatione cordis: quo-
niam eius oppositum et omnium predictorum non appreciatur. id est laudatur cum co-
scilicet paupere. Deinde apostrophando cuidam tacite respondet. Posset
enim quis dicere. sed cum hec omnia pauper ipse in se habuerit: que laborum sibi re-
tributio expetenda est. Ad quod respondens inquit. Licet pro quibus retributio id est
compensatio laboris destituatur a multis: tamen adoptatio amoris et favoris pro-
merebitur scilicet virtute laborum paupertatis ab aliquo: quod confirmans per simi-
le inquit. Nonne id est nunquid contingit id est euenit plerumque aliquid in modico
lapsu temporis: quod nequiuit produci id est fieri circulo annuo id est anni spacio. et
hoc dico exieratis id est propulsatis pro loco que pro negocio temporis tamen aduato-
ris officio que delatoris id est accusatoris: consortio id est societate. hi enim tales pro-
ut etiam preteritum est omnis mali procuratores existunt.

Notandum circa hoc quod dicit paupertas sit munda id est non infecta cupidis
tatibus terrenorum: quoniam huic cupiditati nihil satis est. de consolatione secundo
libro: quoniam inquit. Seneca epistola septuagesima quinta. hec nihil suum esse cre-
dit: quod se diffidit: qua de re non ad bona fortune: sed ad summum bonum se anhelat pauper-
tas: in eo nempe ois sacietas est atque appetitus nostri complementum: sit ergo par-

Quintum

uo contenta: quoniam non rerum cumulus sed sufficientia dicat. Si tibi sufficiat paucula diues eris: ut refert *Mathaeus* in *thobia*. Et item in alexandro *Salterus* libro quarto. Animum nullius egentem non res efficiunt sed sufficientia: quous sit modicum si sufficiat nullius egebit. Quod si aduersum quid enenerit in his: fortis animus prebeat. Obediatur singulis: quoniam plus obedientia quam victima valere dinoscitur.

loquendum tarda: fidelis in obsequio: integra amore: dulcisque colloquio: cordis tum morositate carens: quoniam eius oppositum cum eo commorari non appreciatur. *U*enit a multis destituatur laboris retributio: tamen ab aliquo promeretur fauoris adoptio. *M*onne in modico plerumque lapsu contingit: quod anno nequiuit produci circulo adulatoris officio delatorisque consortio pro loco negotioque temporis exterminatis.

Capitulum quintum.

Am ad magistratus excellentiam bone idolis adolescens velit ascē

Sic lingue summa modestia cum sermone propriissimo citius deliquatur. *E*t si nihil difficilius a *Quintilia* no li. de causis credatur quam silentij virtutes habere: maxime tamen curandus est ut in sermone verecundia conseruetur: que nil aliud est quam verba superflua vel reprimere vel respicere. *D*abec hec omnia tuta paupertas cum fidei obsequio: amore integro non fatuo: dulci colloquio atque cordis humilitate: qua homo solum exaltatur ut in cantico marie dictum est. et exaltant humiles. *F*astus autem cum fundamento careat in nullo roboratur: quod

ipsi iusto dei iudicio casus congruit. *iiij* regum. *xviiij*.

Item succus a sacco dicitur eo quod ex sacco exprimitur: ut *peisana*: *apozuma*: *zoma*: et sunt greca hec nomina. vel a sugo dicitur: quia sugitur. et producit primam eius syllabam. unde in *aurora*. *I*n *petra* carnes pomi succulque iubentur. et quidam putant ipsum ascribi per duo. c. alij per unum et cetera.

Capitulum quintum.

Am ad magistratus excellentiam. *H*oc est capitulum quintum huius totalis tractatus de disciplina scholarium: *I*n quo postquam *Boetius* in precedentibus capitulis pertractauit de primis scholarium rudimentis: et quomodo scholares ipsi magistratui disciplineque subijciantur. Similiter quoque de eorum elatione reprimenda. *E*t rursus de scholarium sagaci provisione: nunc consequenter in hoc quinto capitulo pertractat *Boetius* quomodo scholarium sincera deuotio ad magisterium proferenda est. *E*t rationem ordinis congrue ex precedentibus capere possumus: et signatim ex eo quod dixerat. *Q*uoniam indignum se noscat fore magisterio: qui se non nouit discipulum extitisse. *U*el hoc modo. *I*n precedentibus *Boetius* determinauit de his que scholares aptos reddunt ad vltioris gradus scilicet magisterij consecutionem: nunc vero ostendit quomodo ad magisterium prouebantur. *E*t non obstante quorundam libri huius alia partitione qua hoc capitulum librum tertium esse volunt. nos tamen opinionem nostram declinare non volentes quousque apparentior ratio innotescat: capim hoc quintum in duas partes principales diuidim. nam primum ponit quedam preambula ad magistratum facienda, ut scda

Capitulum

vero de his que ad magisterium acquirendum necessario requiruntur ibi. Istis si quidem. Prima adhuc in duas, nam primo quandam diuersitatem scholarium ut ex his eligat valentiores et aptiores ipsi magisterio premitit, secundo ex hac diuersitate eligit ibi. Nullus autem vehementer. Et dicit primo, cum adolescens bone indolis id est conditionis velit ascendere ad excellentiam magistratus: necessarium est ut intelligat

diligenter tria genera id est tres maneries statuum: que supple genera Aristoteles ille peripateticus in assignatione probabilitatis id est in libris thopicorum ubi de silogismo probabili docet: et inde diuisionem atque hec genera tria ponens inquit, autem per certe quidam, scilicet ex scholaribus sunt vehementer obtusi id est ebetes ingenio, alij autem scholares sunt mediocres scilicet inter ebetudinem et acuitatem, tertij vero sunt excellenter id est valde acuti et ingenio subtilis. Notandum Boetius in littera topicas Aristotelis probabilitates vocat: et bene quidem, sunt enim topice loci atque me-

thodi probabiles a quibus de omni problemate silogizare probabiliter possumus primo thopicorum. In his enim thopicis Aristoteles inseruit hanc triplicem statuum scholarium maneriem: ut in littera. Nullum autem vehementer obtusorum. In hac parte Boetius post premissam diuisionem ostendit ad quas scientias quilibet superiorum statuum aptior fore noscatur, cum vnus membrorum subdiuisione, et duo facit, nam primo facit quod dictum est, secundo cuidam tacite questioni circa hoc respondet, ibi mediocritatis etc. Et dicit, nos autem Boetius non vidimus vilius vehementer obtusorum quod scilicet erat primum diuisionis genus: inebriari id est repleri: vniquod id est aliquotiens: nectare philosophico id est dulcedine philosophie: vero per se mechanica supple ars: gaudet maritari id est sociari: istis scilicet obtulis: mediocribus vero politica supple coniungi gaudet que de regimine ciuitatum est atque communitatis prout in li. politicorum Aristotelis hoc clarius edocetur, deinde tertium membrum prefate partitionis subdiuidens dicit, vero per se nos inuenimus tres partitiones id est tres partes excellenter: acutorum supple quod erat tertium diuisionis prefate membrorum: quorum quidam sunt excellenter acuti: alij id est secundi mediocriter acuti: tertij excellentissime acuti, economica que de regimine familie est gaudet excellenter acutis: vero pro se politica id est medicina: sub lunari globo id est lune subiecta: que pro et apotecariorum practica gaudet mediocribus: autem pro se cognitio scilicet vniuersalium per experimenta ipsarum singularum supple gaudet sociari excellentis

dere necessarium est: ut tria genera statuum que in assignatione probabilitatis inuit Aristoteles diligenter intelligat. Sunt autem quidam vehementer obtusi: alij mediocres: tertij excellenter acuti. Nullum autem vehementer obtusorum vidimus vniquod philosophico nectare vehementer inebriari. Istis autem mechanica gaudet maritari: mediocribus politica. Excellenter vero acutorum tres inuenimus partitiones: quorum quidam sunt excellenter acuti: alij mediocriter: tertij excellentissime acuti, excellenter acutis gaudet economica: mediocribus vero sub lunari globo physica apotecariorumque practica.

sine acutis: quoniam altioris quidem inquisitionis hoc negotium est: ut Porphyrius in principio ait ysaagogarum. Acutis inquam excellentissime, quos Aristoteles vocat maxime notos, scilicet sapientes secundum philosophiam. Et rationem huius tertij quasi subdens ait. Et hec ideo talibus gaudet: quoniam supple cognitio vniuersalium per singularia est trivialis artium domina: quod pro et potentia quadriualium: quod exponit que

Excellentissime acutis quos maxime Aristoteles notos secundum philosophiam vocat vniuersalium per experimenta singularium arridet cognitio. hec trivialis domina est quadriualium potentia. o quam est felix exhibitio. Mediocritatis tamen extrema partitio bonos perfectosque licet sibi quandoque comparavit cum sudore

admodum in superioribus cum de logice commendationibus edoctum est clarius demonstratur. Notandum circa hoc quod dicitur nectare philosophico: dulcis equidem philosophie speculatio est. nam ut refert Seneca libro. iiii. naturalium questionum. Dulce spectaculum est singula nature scrutari. Est enim animorum ingeniorumque naturale quasi pas-

bulum: ut inquit Tullius ad Hortensium. contemplatio nature que philosophia est. ipsa enim celum vidimus pulchre formati: et ut Didymi ad Alexandrum verbis utar. Videmus signorum varietatem stellarum fulgorem rutilare. videmusque ipsius pelagus purpureo colore venustum germaniam terram amplecti. ipsa etiam camporum virentium species miramur: volucrumque dulce melos ipsa discernimus: aliaque nature spectacula ipsa magistra contemplamur: que quidem refutare culpabile est: atque difficile imitari. Hec ille. Notandum artes mechanice in sola manuum exercitatione consistunt omni operatione intellectus penitus: aut pro maiori parte seclusa. Intellectus enim in suis operationibus quietus est. ipse autem artes plebeie intellectum mechanice cogunt: quare non immerito obtusioribus qui solum singularia comprehendere valent ascribende sunt. Politica vero quoniam ipsa scientia est ut innuit. Augustinus de ciuitate dei. xix. qua urbes reguntur: seu respublica dirigitur: ut pace respublica fruatur: et sic maioris industrie atque prudentie virum exigit quam mechanica. ideoque bene mediocribus politica sociatur. acutis autem excellenter economica: qua domesticarum rerum sapienter ordo disponitur: quaque quilibet paterfamilias indiget ut domum regat: cum non dominus ex domo: sed domus ex domino honestetur: ut refert Tullius li. i. de officiis. et Seneca idem de quattuor virtutibus cardinalibus. Medicina vero que corporum tuetur vel restaurat salutem mediocriter acutis conuenit: veluti que philosophie finibus adherens penitus cum superiora obseruat: inferioraque considerat. et quia teste Hippocrate in prenosticis eo loco quo dicit. Est quoddam celeste in quo oportet medicum preuidere et cetera. astrologie coniunctissima est. hinc bene in littera dicitur. Physica subiecta lunari globo et cetera. Ipsa enim luna omnium humorum motrix est: quare et omnium egritudinum vel ad bonum vel ad malum secundum sexdecim loca circuli: que indicatuos periodos atque creticos dicimus quomodolibet directiua. Excellentissime quoque acutis vniuersalium cognitio conuenit: quoniam hec intellectum illuminatum requirit: atque ab omnibus exterioribus impedimentis denudatum: atque liberum ut eo facilius et libentius speculatio substantiarum compositio diuisio ac discursui valeat inhiare.

Mediocritatis tamen extrema partitio etc. In hac parte Boetius cuidam tacite

Capitulum

respondet questioni. Possent enim quis dicere. Videmus sepe vicibus medioeriter acutos ad magnum sapientie apicem defecto sublimari: atque ut sic doctissimos euadere: quid ergo hoc vult quod dictum est excellentissime acutos solum hanc sublimitatem scientiarum attingere? Ad quod respondens Boetius inquit. licet extrema partitio id est illa que est excellenter acutorum quam economice ascripseram: similiter quoque mediocritatis id est illa quae medicina condonauimus comparauit sibi quandoque id est interdum: perfectos id est doctissimos scientiarum: tamen ipsi sunt doctorati honore magistratus cum sudore id est labore atque magna sollicitudine: et hoc flore iuente id est iuuentutis consumpto.

Notandum pro vltiori huius dilucidatione quod dicit in littera cum sudore id est labore atque diligen-

tia recurre ad superius dicta cum dicebatur in capitulo primo quasi circa medium. diligentia cuiuslibet operis obrustitas permolitur. Item inter iuuentutem atque iuentam hoc interest: quoniam iuentus collectio iuentum est atque etas iuentum plurimorum. Iuuenta vero etas vnius: et est a vicessimo octauo anno usque ad quinquagesimum protensa etas cetera. Istitis siquidem predictis hoc modo cetera. In hac parte Boetius post premissa preambula ad magistratum facientia: nunc consequenter tractat de his que necessario ad magistratum requiruntur atque concurrere debent. Et est pars ista plena documentis. Diuiditur: quia in partes sex secundum documenta sex que ponit. secunda ibi. Secundo ut librorum. tertia ibi. Tertio ut quodam. quarta ibi. Quarto ordinatum. quinta ibi. Quinto ut. sexta ibi. Cum autem. Primo ergo Boetius primum ponens documentum dicit. Expeditis siquidem istis supple superioribus ordinatum id est determinandum est: postea hoc modo ut scilicet quisque supple qui ad magistratum anbelauerit: sciat omnia hec que pertineant ad reuerentiam tanti nominis scilicet magistratus: quorum vnum est ut noscat exprimere supple. vero que scita sunt. id est que scit ipsa mente: et ne committat se totaliter commisioni. id est traditioni scriptorum. scilicet librorum ut Lucretius ille faciebat: qui inquirendo. id est inuestigando: nodum. id est difficultatem soluendi cuiuslibet questionis sibi propositae: consuebat id est accelerabat: cedula id est libris: et hoc demisso comitatu id est sociorum consortio quasi diceret: non faciendum est uti Lucretius fecerat: qui cum sibi questio aliqua soluenda proponeretur: illico ad libros recurrebat: quibus doctrinam suam non memorie impresserat: ut sibi competenter dicere licuit. In sacco sedeo: sedet ac sapientia mecum et cetera. Notandum quod docenti atque magistranti congruit summo opere eloquentem esse. Eloquentem inquit: ut que mente conceperit: verbo queat explicare. Verborum enim honesta abundantia intentionem declarat loquentis: quia teste Seneca epistola. xxxviii. Inopia verborum et exilitas minus intentum auditorem facit: et plerumque contingit tamen ut verborum inopiam ignorantia causet. unde Quidius secundo tristium. Quod minime nouerit dicere nemo potest. Ne quis igitur docere presumat quod nescit: attendat quod turpe sit propriam

magistratus tamen dotati sunt: honore consumpto flore iuente. Istitis siquidem predictis hoc modo est ordinandum.

Primo ut sciat quisque que ad tanti nominis pertineat reuerentiam: ut que scita sunt exprimere noscat: et ne scriptorum commisioni se totaliter committat: ut Lucretius: qui cuiuslibet questionis

Quintum

ignorantiam sermone attestari. Legere discipulis prodest: sed viua vox magis. quare de voce Simachus aiens inquit. Apertius est negocijs intimandis viue vocis iudicium. Secundo vt librorum copia acquirat. In hac parte Boetius ponit secundum documentum ad magistrandos scholares necessarium quod est circa librorum copiam. Et duo facit. nam primo multitudinem librorum conquirenda scholaribus comonet. secundo ne tamen in his tota

nodum preposite inquirendo dimisso conuitatu cedula confluebat. Secundo vt librorum copiam sue acquirat exercitatio: vt cum opus fuerit eos consulat. Nec omnino eis credat vt Jugio qui Montani sui

lis fiducia constitutur exemplo dissuadet ibi. nec oio. Et dicit primo. secundo supple necessarium est scholari ad apicem magistratus tendenti vt acquirat id est comparet sue exercitatio. i. suo studio librorum copiam: et hoc ideo vt scz cum opus fuerit co

sulat eos supple pro questionibus exsoluendis. Et deinde nimiam in eis confidentiam dissuadens exemplo dicit. nec tamen scholaris ipse credat omnino. i. totaliter eis supple libris: vt scz penitus nulla memorie comendet: quemadmodum Jugio ille scholaris qui confusus est in tantum monitis. i. documentis sui magistri Montani sic dicti: sic quod omne verbum progressus. i. prolatum ab ore eius scz magistri exarabat. i. inscribebat quaternulis. i. libris supple nulla penitus memorie tradendo. et hoc ipsum sic ab ore magistri receptum extimabat. i. appreciabat tanquam sacrum quoddam: atque ipse Jugio obtinens tandem vicem. i. locum magistri: nil aliud in scholis predicabat quam illud quod in quaternulis suis magistro suo docente conscripserat. unde id est propter quod et ipse abibat multotiens confusus pudore id est verecundia: quoniam nil aliud quam liber continuit scholaribus predicabat. Exinde notabile quoddam circa hoc subiungit quod est. quippe pro certe vti semper inuentis et non inueniendis est miserum ingenij: stultiusque est confidere omnino orationibus. i. documentis: magistratus. i. magistri. sed tamen credendum est primo donec. i. quousque videatur quid sentiat. s. magister. postea fingendum est illum scz scholarem: magistrum errasse. i. quod errauerit in docendo. Et hoc ideo vt si forte discipulus queat id est possit reperire quid. i. aliquid quod obijciat commisse. i. tradite: sedulitati. i. doctrine Aristotelis: namque sententia oportet addiscentes credere quousque melius sentiat etc. Notandum quousque librorum copia multum distrahat: vt refert Seneca epistola secunda ad Lucillum. Cum ipsorum copia solum honoraret atque non instruat. Non enim finis est faciendi libros ecclesiastici. xij. que quis traht: non tamen refert quousque libros quis habeat si boni sint: atque bonis institutis referri: quodque solum veteres attendentes admodum eos in libris thesaurifasse legimus: sic apud egyptum bibliothecam vnam quadraginta milia librorum volumina legimus habuisse: que tamen omnia annis ab initio mundi transactis quinque milia centum triginta quattuor. Ante vero christi natiuitatem. xcv. unico igne consumpta sunt: hoc est eo tempore quo Virgilius: Doratus: Salustius historicus: Plotinus: Possidonius stoicus: atque alij viri memoria digni apud romam claruerunt. Imitanda sunt ergo in his maiorum exempla: qui non honoris causa libros sibi coemerant: sed instructionis gratia comparauerunt. Nota quousque de quattuor. Codex eius est ex quattuor cartabaz folijs colligatus: quousque ex. v. sexternus ex sex. terternus ex tribus. Item inter estimo et extimo hoc interest. nam estimare putare est: extimare vero id est taxare vel preciare etc.

Capitulum

Tertio ut quosdā habeat quos secrete doceat. In hac parte Boetius ponit tertium documentum magistrandis summe necessarium. Et diuiditur in duas partes. nam primo facit quod dictum est. secundo causam sui dicti subiungit. ibi. Alios namq; & cetera. Et dicit tertio scilicet necessarium est magistrando ut habeat quosdam scilicet scholares quos doceat secrete: atq; libros legat: atq; alijs rudimentis documentis in-

magistri monitis intantuz confusus est q̄ omne verbū ab ipsius ore progressuz quaternulis exarabat: & tanq̄ sacruz extimabat nil aliud q̄ magistri vicem i schol' obtinēs p̄dicabat: vnde multotiens pudore confusus abibat. Quippe miserrimi est i genii semper inuentis & non inueniendis vti stultus ē magistratus orationibus omnino confidere: sed primo credendum est: dōec videatur quid sentiat: postea fingendum est eundem in docendo errasse: vt si forte reperire queat quid commisse obiciat sedulitati. Tertio ut quosdam habeat quos secrete doceat: librosq; legat: alijsq; rudimentis informet vt sic intellecta sciat: scitaq; exprimere discat: & expressi-

formet: vt sic sciat tutelle tra scilicet firmius radicando: q; proiet discat exprimere: vbo scita supple quemadmoduz in primo documento exposituz est: & sic comparet sibi vsu supple artis sue frequenti expressione: qui vsus vt etiam superius cum de tripli ei recordatione dictum ē propinat id est ministrat magisterium. Et rationē horum subiungens dicit. quoniam docere alios est indulgere id est operam dare: proprie facultati id est sciētie iuxta illud. Qui alium docet seipsum instruit.

Notandum in littera committitur gradatō qui color est rberhoricus: & fit cum d̄ precedētī voce subsequens formatur: quasi p

gradum vocum vti in hoc metro. Quid leuius fumo flamen. quid flamine ventus. quid vento mulier. quid muliere nihil.

Quarto ordinandum est. Sic Boetius ponit quartum documentum magistrandis necessarium. Et duo facit. Nam primo facit quod dictum est. secundo exemplo dicta confirmat ibi. vt flauus etcetera. Et dicit. quarto ordinandum id est prouidendum est ipsi magistrando vt alliciat id est bonis suis moribus atq; beniuolentia atq; trahat: non precio coemat vt flauus ipse fecerat. alliciat dico hos supple de quibus in proximo documento predictum est: & alios q̄ plurimos: & hoc ideo vt cum oportunitas supple temporis magistrandi affuerit: gaudeat eorum scilicet predictorum intrinseco aspectu id est presentia: quoniam quid est turpius q̄ desitui id est derelinqui solus supple sine auditorum consortio primo tempore inceptiois supple honoris magistralis. Et exemplum ponens de flauo dicit. Relinquit vt flauus ille scholaris qui tempore exordij atq; noue inceptiois sue credidit subiugari sibi cunctos ob imperium id est potestatem generis sui: atq; opulentiam id est abundantiam dominantis gace id est thesauri: sed quid elapso tempore concursus id est disputationis magistrandorum atq; examine raro reperit sodalem de re: adbesit id est nome condu-

Quintum

tionis: licet pro quibus inuitus addendo regaliter minas omnigenas id est omnium generum. q. d. cum se flauus ille inceptiois tempore totaliter derelictum videret: vt quia si nullus ipsum presentia honoraret quid fecit: quos primo beniuolentia allegerat: tandem precepto atque minis sibi coemit. Et subdens quoddam notandum inquit. tamen consentaneum id est rationi consonum est generositati id est nobilitati propter dupli-

one frequenti vsus comparet: vsus magisterium propinat: alios namque docere est proprie facultati indulgere. Quarto ordinandum est: vt hos aliosque sibi alliciat: vt cum oportunitas magistrandi affuerit: eorum intrinseco gaudeat aspectu. Quid turpius quam primo inceptiois tempore solus destitui vt flauus: qui ob sui generis imperium gazeque dominantis opulentiam cunctos sibi credidit subiugari. tempore vero concursus elapso raro reperit sodales qui legi conductionis adhesit: licet inuitus minas omnigenas regaliter addendo. Generositati tamen consentaneum est secundum duplicem partitionem affinitatis magistrantis saltem ad tempus fouere presentiam. Quinto vt quorum gratia coronandus est in fauore illorum scholas semper peri-

cem partitionem affinitatis fouere presentiam magistrantis saltem ad tempus. Nota gaze lingua persarum dicitur diuitie vel thesaurus. Inde gacetum gaze repositorium et quedam ciuitas palestine gaze dicitur: eo quod Cambyses persarum rex thesauros suos illic posuerit cum egyptijs bella intulisset. Quinto vt quorum gratia et cetera. In hac parte Boetius ponit quidam documentum nouiter magistrantis opportunum. Et duo facit. nam primo facit quod dictum est. secundo circa documentum ipsum notabile quoddam subiungit ibi. Nec licet summa. Prima in duas. nam primo documentum ipsum ponit. secundo proteruitatem circa documentum esse fugiendam ostendit ibi.

Adultos siquidem. Et dicit primo. Quinto loco supple prospiciendum est: vt magistrandus ipse si honores in promotione sua consequi desideret: vt ambulet id est circuambulet: peripatetice id est peripateticorum more scholas illorum magistrorum: quorum gratia coronandus id est titulo magistris insigniendus est in honore: et pro et opponat. s. dubia mouendo: atque responsionibus replicando: curialiter id est curiose: atque remordeat. i. arguat acriter: proteruentes id est proterue respondentes: atque respondeat pro tempore: id est cum tempus respondendi ipsum tetigerit diligentius. et hoc ne si voluntas supple scholaris promouendi muta fuerit imputetur ignorantie cecitati: vel ascribatur temeritati arrogantie id est superbie.

Notandum philosophorum varias fuisse sectas. Alta quidem stoicorum quorum princeps ceno fuit et Critippus: vt ait. A. Belius: et recitat Augustinus. ix. de ciuitate dei capitulo. iiii. et Seneca dicit ad Elbiam: quod a ceno incipit rigida stoicorum sapientia. Alta fuit secta Academicorum ab Academicis villa: quorum princeps erat

Capitulum

Plato. hi de singulis dubitantes nil affirmabant certum: quorum opinionem et Erastus videtur confirmare. Alia epicureorum fuit secta ab Epicuro arbeniense. dicta: qui voluptatem summum bonum posuit ut inquit. A. gelius li. xiiij. Ponit etiam duo bona scilicet corpus sine dolore: et animam sine perturbatione: referente Seneca epistola. lxxij. ad Lucillum: que si in voluptate carnis fundata est reprobanda est: si in voluptate mentis supportanda: et ita posuisse epicurum Seneca attestatur in libro de constantia sapientis. Est etiam alia philosophorum secta que peripateticorum est: quam Aristoteles condidit: sic dicta aperi quod est circum: et patos calcas quasi circum calcans vel obambulans. huius enim secte philosophi et horum precipue Aristoteles deambulando disputabant: vel etiam de schola ad scholam ambulando disputabant: et inquirebant quid

melius sue sententie possent acquirere et adiungere: et ad tale propositum littera loquitur cum inquit. ad illorum scholas peripatetice obambulet et cetera. Multos siquidem ob responsionis proteruitatem speculantium: licet inuite vidimus precipitio frui. Non enim discens tuis interest affatibus: et contumeliosis regem incitare probus. Nec licet summa

melius sue sententie possent acquirere et adiungere: et ad tale propositum littera loquitur cum inquit. ad illorum scholas peripatetice obambulet et cetera. Multos siquidem ob responsionis. In hac parte Boetius mouet proteruitatem atque temeritatem in superioribus summopere precauendam fore. Et primo facit hoc. secundo causam subiungit ibi. Non enim cetera. Et dicit. nos Boetius vidimus multos speculantiu frui precipitio id est cadentia a gradu dignitatis magistralis ob proteruitatem responsionis. non enim interest discens incitare id est commouere: regentem id est magistrum contumeliosis: quod pro et probus id est opprobrium ingerentibus affatibus: quoniam sicuti deus atque parens: sic quoque magister in honore et reuerentia retinendus est: quoniam ipsis nullam pro acceptis equiualems recompensari potest. iuxta illud. Dijs parentibus et magistris nullum redditur equiualems.

Notandum proteruitas proprie est tam verbo quam facto crudelitas et terribilitas. Unde proteruus hoc vicio notatus. unde Grecismus. Improbis est aliquis verbis fati quod proteruus. Et dicitur a pro vel pros et toruus. sicuti ergo non factis in magistrum insurgere licet uti in secundo capitulo de violentia edoctum est. Sic neque etiam in ipsum verbis proteruire: quoniam non est dignus scientia qui scientie insurgit preceptorum. ibidem: quare cetera.

Nec licet summa familiaritate. Sic Boetius post declaratum superius documentum quoddam notabile subiungit dicens. scholaris ipse non debet inhiare secretis hoc est libris capse et cubiculo: licet per quos fuerit contumeliosus supple magistro suo summa familiaritate: et hoc nisi iussus: et si iussus tamen inuitus. Et inducens quendam sfortunum cenocratis discipulum: qui magistri sui secreta percipiens ex his cenocratis totale doctrinam adeptam arbitratur dicit. Nonne id est nunquid proteruitas fontem illius scholaris aperuit scrutina id est secreta monumentorum suorum cenocratis illius magistri: atque insperit per edocta publice scilicet in scholis: quod pro et credidit se magistrum ex hac furtiva atque perua ipse

Quintum

etione secretorum sui magistri: et ne dum inspectione: sed tunc cum abstulisset supple furto omnem mineruam id est sapientiam libris suis commissaz zenocratis. qđ 7 factum est: quoniam omnes codices suos abstulit. quid ultra ablati singulis zenocratis libris: zenocrates ipse studere desijt supple librorum carentia. Fontinus autem nesciens id est non valens: vti ablati id est furto subtractis libris zenocratis: labora

familiaritate coniunctus fuerit ipsius docentis secretis nisi iussus debz inhiare: iussus vero inuitus. **M**onne Fontini proteruitas zenocratis scrutinia aperuit: edocta publice prius inspexit: seqz magistrari credidit: si omnem zenocratis abstulisset mineruaz: qua ablata zenocrates studere desijt: ablati qz Fontinus vti nesciens frenesi laborabat grandiori. proprio ergo discipulus labore confusus alieno nunq̄ inuidebit honori. **C**um autem dies summe promotionis affuerit breui scemate cōpendiosoqz affatu veneranda commendetur sociorum collectio: sicqz ad honoris initialis incrementa intrepide proceden

bat postea frenesi id ē rabie mentis grandiori q̄ ante. **E**t ex his quoddam nota dignum concludens inquit. ergo id est propter supradicta discipulus qui cumqz fuerit confusus proprio labore scilicet studij: nunq̄ inuidebit honori a alieno. **N**otanduz pro ut latina tradit auctoritas minerua dea est multarum inuentrix artium: sicuti lamficij oliue et fabrice: et ideo eam non in cōgrue pro sapientia poni libet. hec etiam pallas dicta est a pallone thracie insula vbi nutrita fuit: vñ quia pallantez gigantem occidit. **I**tem scrutinium est quicquid interius de aliqua scrutatur re. sic propheta. Defecerunt scrutantes scrutinio et cetera.

Item frenesis rabies est: et dicitur a fran quod est

furotis exagitatio a cerebro descendens. vel ab impedimento mentis frenesis dicitur qz greci frenas mētem dicunt 7 c. **C**ū autē dies summe promotionis. Hoc est sextum documentū circa magistros attendēdū. **E**t docetur per cū pparatoria dignitatis magistralis. **E**t duo facit **B**oe. in hoc documento. nam primo documentū ponit. secūdo cautelam circa hoc subiungit. tertio exemplum a cautela susceptum subnectit. quarto quoddam notabile circa oia ipsa ponit. secunda ibi. **L**aute. tertia ibi. **S**trictomus. quarta ibi. **D** q̄ felicis. **E**t dicit primo. cum autē dies summe promotionis supple ad gradum magistralem affuerit: atqz promouendus ipse iam in cathedra magistrarij se promotionis causa receperit: tunc veneranda collectio. i. congregatio sociorum suoz supple ipsum presentia sua honorantium: commendetur id est laudetur ab ipso promouendo: breui scemate id est breui arrenge: atqz affatu id est oratione compendiosa: atqz procedendum id ē accedēdū lest intrepide 7 audacter ad incrementa initialis honoris supple magistrari: sic. i. ornatu. i. vestimēto decenti supple sue facultati: apparatu id est preparatione coniuiali: festiuo. i. celebri: apparatu inq̄ procurato id ē comparato: spendide id est honorifice: cunctis supple tam sue q̄ alterius secte magistris et

Capitulum

scholaribus: et hoc si facultas suppetit: vel subaudi si non sufficiat duntaxat ad libitum id est voluntatem suam saltem magistris et scholaribus vel solum magistris eiusdem sue professionis id est secte. Notandum circa hoc quod dicit breui sermone collectionem sociorum laudari. tunc enim vere laudamus: cum pauco sermone magnitudinem rei extollimus: quoniam in multo sermone raro mendacium raroque adulatio deest. Hinc *Latbo. Parce* laudato. bene parce: quoniam nulla tam excelsa virtus est que dulcedine glorie non tangatur: ut refert *Seneca* et *Quintus* de tristibus. Denique non paruas animo dat gloria vires. Et secunda facit pectora laudis amor. Qua ex re *Hieronymus* ad *Sabinianum* sic inquit. Naturali ducimur malo et adulatoribus nostris libenter fauimus. Et quamquam nos respondeamus indignos et calidus rubor ora perfundat: tamen ad laudem sui anima intrinsecus letatur. Inde *Claudius* gaudet enim vitus testes sibi iungere musas. *Car*men amat quisquis carmine digna gerit. Parce igitur laudandum est: et laudem inquam suffulta laudantis dignitate. Laudati merito atque rei qua laudatur magnitudine: quod si ista non affuerint non laus sed adulatio fore manifestum est. Item scema quid sit in superioribus capitulis iam monstratum est: quare ibi videas. Caute tamen considerandum est etcetera. Nec pars a multis cautela circa procedens documentum assignari solet: meo tamen videre conuenientius septimum assignaretur documentum. Sed quid de hoc fuerit: solertie cuiuslibet recommitto. Hoc tamen dicendum est cum cautela superioris documenti fuerit, littera habet. Caute tamen. Si vero documentum littera habet. Caute etiam. Et secundum primam litteram hoc dicit. considerandus tamen est caute id est sapienter: subaudi in his et circa ea que in superiori documento edocta sunt: cautiusque inuestigandum est ante elationem id est promotionem magistris: ut decursu id est curriculo primi anni subaudi gradum magistralem proxime sequentis: nouellus ipse magister possit sustentari facultate propria si opus fuerit. enim pro quia turpe est mendicare id est egere: prima fronte id est incontinenti: ob id est propter reuerentiam tanti nominis scilicet magistris: quasi diceret turpe nimium est quod scholaris promouendus in adeptione magistralis dignitatis tanta expendat: quod quanto gradum adeptus fuerit mendicare cogatur. Et exemplum subdens de quodam *Strictionio* qui expletis et excecatis venerabiliter splendide et honorifice omnibus ad magistris pertinentibus incepit mendicare id est egere: tertia luce id est tertia die proxime

Sextum

sequenti: quod pro et penitus eum impersonale est. mox id est statim: tanti ausus id est tante audacie: qua supra vires facultatis aggrediebatur dignitatem magistralem. quod mirum id est quare eum non penitus. Ipse enim Strictonius delusus id est derisus recessit quasi instantaneus id est incontinenti: quod pro et nunquam confessus est de cetero: fastigia id est summitates tanti honoris. Et inde notandum quoddam ponens ex

taneus delusus abcessit tanti honoris fastigia nunquam de cetero confessus. Quod quod felicis exitus veneranda est commendatio.

Capitulum sextum.

Expeditis his que ad scholaris eruditionem digesta sunt dilucidandi moderatiōe obseruata nec agariare lectorē finis breuitate curans: nec dilatiōe confundere, nunquam lucidi

clamat dicens. Quod id est quod: est veneranda id est reuerenda commendatio felicis exitus id est felicis finis. Ipse enim est in quem omnia ordinanda sunt. si ergo finis bonus est: totum laudabile phas est: quare de re non inepte dicitur. Exitus acta probat. Et item finis coronat. et insuper a fine omnia denominari. Cap. vi. et vltimum.

Expeditis que ad scholarum eruditionem. etc. Hoc

est capitulum sextum et vltimum huius totalis tractatus qui de scholarum disciplina est. In quo post ea que in superioribus capitulis edocuit. Et signanter postquam in proxime precedenti capitulo determinauit de quibusdam documentis ad dignitates magistralem tum facientibus: tum quoque necessario requisitis. Nunc consequenter in hoc vltimo capitulo principaliter de dignitate ipsa magistrati et que ipsum circumstant et concomitantur prosequitur. Et diuiditur hoc totum capitulum in tres partes principales secundum tres magistrorum maneries. In prima nempe parte determinat de prima magistrorum specie: et de his que ipsos regulant: et non solum eos primos: sed etiam alios cuiuscumque manerie existant. In secunda de secunda ibi. Extrema presentis voluminis. In tertia de tertia ibi. Luz ob dulcoris etc. Prima pars adhuc diuiditur in duas partes. nam primo continuat dicta dicendis. secundo de statu norma atque regula magistrantium determinat ibi. Magistrorum talis etcetera. Item primo ponit intentionem suam respectu precedentium. secundo respectu sequentium ibi. Nunc ad primo facit quod dictum est. Secundo modum procedendi obseruandum ostendit ibi. Nec augere. tertio rationem sui processus subiungit ibi. Quoniam non solum. Dicit ergo primo expeditis illis que sunt digesta id est diuisim in superioribus tradita: ad eruditionem id est informationem scholarum: et hoc obseruata moderatiōe id est modestia: dilucidandi id est determinandi: et quia nos Boetius non curamus angariare id est constringere lectionem breuitate supple nostre editionis: nec etiam confundere dilatiōe id est plixitate: non quod perusi leuiori stilo. i. matena: atque lucidiori sermate id est verborum ornatu: et hoc quoniam stilius subaudi totius nostri tractat? commendatur. i. traditur non solum discretis. i. eruditis: verum pro sed etiam rudibus. i. indoctis: et hoc postposita id est derelicta: serie enigmatis id est obscuritatis. Quoniam autem hec ita sunt properandum id est accelerandum: nunc scilicet hoc in loco ad venerabilem maiestatem magistrorum: subaudi determinando de statu eorum atque nor

Capitulum

ma ipsos tam erga se q̄ erga alios regulante. Item enigma enigmatis sermo est figuratiuus vel obscura locutio siue similitudo vel questio occulta vel obscura: que difficile intelligitur nisi aperatur: vt illud iudicium. De comedenti exiit cibus: et de forti egressa est dulcedo significans ex ore leonis fauum esse extractum. **Ma**gistrozū autem talis habetur diuisio. In hac parte Boetius postq̄ se superioribus cōtinuauit: nunc intentionem prosequitur. Et duo facit. nam primo quasdam magistrozū diuisiones premitit. secūdo normā atq̄ ipsos regulantes modum demonstrat ibi. **Ta**lium namq̄. Prima induas. nam primo primaz distinctionem magistrozū premitit. secūdo secundam subiungit ibi. **Ta**m istozū q̄ et cetera. Et dicit primo q̄ diuisio magistrozū habetur talis supple vt sequitur. nam quidam magistrozū morātur duabus vrbibus ex-

cellentioribus id est clariorib⁹ ceteris scilicet rome et athenis: nusq̄ procedentes vltius nisi forte in quantum fortuna succedit id est arridet eis: vt venerentur id est eleuentur: altius id est ad altiora: vel sic unq̄ procedentes vltius scilicet ab vrbib⁹ his: et hoc in quantum id est q̄ diu fortuna succedit eis: vt altius venerentur. Et vult dicere q̄ quidam magistrozū sunt qui solum in vrbe romana atq̄ athenensi moram suam habent. Alij autem magistri sunt qui obmittentes fastigia id est summitates predictarum vrbium scilicet rome et athenarum: querunt emolumenta id est lucra: oppidorū id est castrorum et villarum: vt sic oppidum largo sumatur vocabulo: oppidorū inq̄ adiacentium scilicet predictis vrbibus duabus: subaudi vel de longe vel de prope distantium. Et dico querunt tum. i. primo propter egestatem supple remediandam. egestatem dico nouerā id est contrariam disciplina. nam vt sepius dictum est. Natura non est sufficiens seipsa speculari sine rebus exteriorib⁹: tum etiam id est secundo querunt emolumenta aliorum oppidorū propter dulcorem: remtentem natalis patrie id est patrii soli. Vult dicere q̄ post eos magistros qui vrbibus roma atq̄ athenis commorantur: sunt alij magistri qui in oppidis: et hoc quidam in oppidis natalis soli: quidam vero in oppidis prorsus extraneis. Et de his omnibus suo ordine atq̄ loco pertractabitur in sequenti.

Notandum sicuti plurime philosophozū fuere secte: sic et plurima studiorū receptacula. **C**omorando ergo hystoricorū sententia celebratioza: doctrinarū consiliabua: athenarum studia ceteris preclarissima extiterunt: que et ipsa Hieronymus cōmendans inquit. Studio athenas aptissimas fore. primo enim leges studium id tradidit alijsq̄ ciuitatib⁹ iura trāsmisit. in eo vigerūt pene oia philosophie lumina: quē admodum tam longe fama extitit diuulgatum.

Quintum

Post arbenarum studium romanū floruit ytalice philosophis cōstipatū: in quo
Iulius Cesar vigit: libro primo de vita cesaris ibi. Carbo floruit: vt ait Solinus li-
bro primo ibi. Virgilius Tullius Seneca atq; reliq; multiplurimi valuerūt. Et hec
duo studia littera commendat. Est 7 aliud parisiense studium in superioribus satis
collaudatum. habet etiam etas modernior innumeras pene doctrinarum vniuersa-

cedit eis vt altius venerentur. Alii predi-
ctorum obmittentes fastigia locorum op-
pidorum adiacentium querunt emolumē-
ta: tum propter nouercam discipline ege-
statem: tum propter natalis patrie dulco-
re remittentem. Tam istorum q̄ aliorū qui-
dam ratione pulchre denominatiōis impe-
rium assumunt vt honorentur. Alij ratio-
ne intelligentie ignorantia eorum ne con-
fundantur. Tertij subtilius speculantes
propter vtriusq; partis incrementa magi-
stralia contrahunt paludamenta. Talis

psidis circumiacentibus habitantium: quidam magistri sunt qui assumunt imperium
id est gradum: atq; titulum magistralem ratione pulchre denominationis id est fame
vt scilicet ab hominibus honoretur. Et hi sunt qui solum gloriam nominis querunt.
Alij autem gradum assumunt supple magistralem ratione id est ob causam intelligē-
tie: 7 hoc ideo ne confundantur ignorantia. Tertij vero sunt qui speculantes subuul-
us q̄ superiores contrahunt paludamenta id est honore: qui proprie in his vestimen-
tis consistit magistralia id est magistrum ostendentia. Multi docere tertij sunt qui ma-
gistralem dignitatem assumunt propter incrementa vtriusq; partis supradicte: scilicet
tam propter apparere atq; vt honore celebrentur: q̄ etiam propter intelligentiam.

Notandum q̄uis scire bonum sit atq; pre ceteris delectabile: cum scientia ipsa cū
cta complectatur atq; nihil ignorare permittat: scire tamen ipsum non omnino lauda-
bile est quod ob fame gloriam duntaxat comparatur. licet enim pulchrum sit digito
ostendere 7 dicere hic est. Juxta Perij flacci sententiam: non tamen sanctum est. Illud
ergo scire eligendum est quod vitā virtuosam comitatur non glorie cupiditatem.
Est igitur ex his magistrorum generibus solum illud laudabile qd ob ignorantie nebu-
lam depellendam scientie suscipit incrementa. Tres paludamentum vestis regum gen-
est quo vrebatur ad ostendendū bellū proximo futurū. Et dicitur a palam: quia tūc om-
nib; palā bellū ostēdebat. Est q̄ vestimentū magistrale quo magistradi iduuntur ad
futuroꝝ bonoꝝ titulū ostēdendū. Taliū nāq; quicūq; venustatis assume debuitq;
In hac parte Bo. post iugioꝝ magistrorū bipartitam diuisionē: nūc de quorūlibet

les scholas: quas si lau-
dem aut vituperē nescio.
cum virtus constet in pa-
tenti atq; extraneo non is-
digeat concionator. Itē
emolumentum licet pro-
prie molendine lucrū sit:
ponitur tamen pro quolibet
lucro vel commoditate.
Sic malachie tertio.

Et quod emolumentum:
quia custodimus p̄cepta
eius.

Tam istorum q̄ illoꝝ
rum quidam ratione pul-
chre etcetera. Sic ponit
altiam magistrorum disti-
ctionem dicens. Magis-
trorum equidem in ciui-
tatibus prefatis atq; op-

Capitulum

norma atq; modo ipsos regulante tam in se q̄ quo ad alios subligit. Et diuiditur h̄ pars in duas partes. nam primo ponit Boetius precepta quedam magistros regulantia absolute et quo ad se. secundo per comparisonem quo ad alios. secunda ibi. *Hec autem. Prima* adhuc in duas partes. nam primo facit quod dictum est. secundo causam sui dicti subiungit ibi. *Nulla siquidem. Prima* adhuc in duas partes. nam primo facit id quod dictum est. secundo pōit quādam appellationem precepta excusantem ibi. *Si* quid vero et cetera. Et primo ponens documenta statum magistri regulantia dicit: q̄ magister quicumq; ipse fuerit: si velit p̄sequi emolumenta assumeptis venustatis id est honoris magistralis: q̄ pro et debiti officij: oportet id est opportunum est: vt poleat id est resplendeat preclarus in vniuersa morū honestate: vt scilicet sit in sermone verax: in iudicio iustus et cetera. littera plana est. Et siquid contrarij acciderit: subaudi superioribus: hoc solet accidere appetitu humane fragilitatis id est ipsa sensualitate. ipsa enim debilis est et ad malum prona. Et quia debilis: ideo ipsa debilitas morum plerumq; consequitur. debilitatem enim complexionis vt medicis visum sepius morum sequitur debilitas. Notandum licet magister omnia illa in se habeat que forma docendi p̄met: vt i sunt docēdi p̄sideratō: exēploꝝ cōformitas et rursus eloquentia copiosa: h̄ tñ m̄ime sufficiūt: nisi ea que v̄bo docz ope instruat. hec eiz optia sapientie via ē opa sanis cōformare doctrinis. *Uñ Prosper li. epigramatur.* Non satis est dñi precepta euoluere lingua. *Is* meminit legis: qui memor est operis. *Turpe* eiz est vt inquit *Lactantius li. de falsa sapientia* ad pbiam pergere: et pbic opa non agere. talis eiz vita non vera s; palliata ē. *Opera* autem pbic mores sunt atq; diuinitatis instituta: in quib; magistratus sic poleat: vt discipulus nedum exemplo sit: sed et decori. Ratio autem omnium horum hic consequenter anexa est cum dicitur. quoniam nulla res est discipulo magis pernicioza. i. damnosa q̄ contumeliosa vita magistri. enim pro q; nos Boetius vidimus infusa ex fetido. i. contaminato vase cōfundi id est corrumpi sepiissime: quoniam fetiduz vas aquas infusas corrumpit. q. d. sicut aque corūpuntur vase fetido: sic scientia doctore cōtumelioso. Pro quo notandum q̄ plurimi hodierni t̄pis sunt sapientū: qui h̄ doctrinis sanis intendāt: vitam tñ brutalem ducunt: sicuti tangit Aristoteles primo ethicoꝝ: qui certe odio ad moduz habendi sunt: exemplo *Pacuij*: qui omnes tales tanto fastidio remittit: vt nec verbo neq; facto eis communicare dignum estimauit: prout ponunt. *A. Gellius* atq; *Deslinandus* in cronias: de quibus *Lactantius* in libro de falsa sapientia sic inquit.

Quidam sub obreūtu philosophie vicia sua celantes: vt sunt sophiste domi

Sextum

faciunt ea que in scholis arguunt: sicq; docent tantum nec faciunt: ipsiq; preceptis suis pondus detrahunt: hoc tamen genus turpissimum est: teste Seneca ad Lucillū epistola. xliij. Turpe enim inquit est aliud loqui et aliud sentire. Et itē epistola. xliij. Hoc turpissimum est quod nobis obijci solet verba nos philosophie non opera tractare. Inde Latio, Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Cum ergo vita cui

res ē magis pernitiosa discipulo vita magistrī contumeliosa. Infusa enī vidimus sepiissime confundi ex fetido vase: quia fedum vas aquas infusas corrumpit. Hec autē ad anime docentis informationē digesta sunt nūc de ceteris primariis nō dico de priō primis: sed de secūdo primis differendum est. Tenetur q̄ doctor eruditus esse mansuetus: rigidus: antiquus non annis: non negligens nec arrogans.

usq; despiciatur: ei quoq; necesse est vt doctrina despiciatur: vt vult Gregorius in omelia. vi. li. ij. Discant sermōibus his viri prudentes docendi formam: suosq; discipulos studiosos fieri suadeant non solum libros euoluēdo sed etiam mores componendo. Item perniciosus mors vel interitus: inde perniciosus perniciose perniciosum dānosum letiferum et cetera. Hec autem ad anime docentis. In hac parte Boetius postq; posuit documenta regulā

ita magistros quo ad seipsum: nunc vero facit hoc idem quo ad alios. Et hec pars diuiditur in duas partes. nam primo ponit normam magistrō regulantem quo ad discipulos. secundo quo ad alios a discipulis ibi. Cum autem ob festiui temporis et cetera. Prima in duas. nam primo facit hoc quo ad morum obseruantiam. secundo quo ad subditorum informationem ibi. Cum autem bone inquisitionis. Prima adhuc in duas. nam primo se dicitis dicendisq; continuat. secundo intentum profectur ibi. Tenetur quoq; doctor etcetera. Et primo ponit intentionem suam respectu precedentium. secundo respectu sequentium ibi. Nunc de ceteris. Et dicit primo. oīa hec subaudi que dicta sunt: sunt digesta id est declarata et tradita ad informationem anime docentis subaudi quo ad morum suorum honestatem absolute et in se: nunc autem est differendum de ceteris primariis id est documentis supple ipsum regulantibus non tamen dico de primo primis: quia de istis iam dictum est: sed de secundo primis. Sunt nempe vltima respectu precedentium: et prima respectu sequentium: quare et secundario priā dicuntur. Itē dissero id est diuersis modis aperio. Tenetur quoq; doctor. In hac parte profectur Boetius de documentis regulantibus ipsum magistrum per comparationem ad scholares. Et duo facit. nam primo facit hoc in generali. secundo in speciali de quolibet ibi. Sit inq; eruditus. Et dicit primo q; doctor tenetur esse eruditus mansuetus etcetera. prout hec omnia in processu declaranda sunt: quare sequitur.

Sit inq; eruditus prius enim. In hac parte ea que premiserat in generali: nunc in speciali profectur. Et diuiditur in tot quot in generalitate premiserat partes. Et ponēs primo primum documentum dicit. ego Boetius inq; id est dixi q; magister ipse sit eruditus id est doctus. Et rationem annexens dicit. enim pro quia oportet id est oportet

Capitulum

tunum est q̄ magister ipse prius discat anteq̄ discipulos suos doceat. Et scientiam triualem circa bene eruditionem maxime preualere insinuamus eam recommendādo dicit. siquidem nos nouimus comparationem id est acquisitionem doctrine. triuū fore valde aptam assistricem supple in bis. Et quoddam annectens notandum dicit. valde enim absurdum est. et iniquum: q̄ imperiti id est indocti preferantur peritis id est doctis: nouelli supple in scientijs antiquis supple preferantur: atq; rudes id est imbecilles et meritis.

Notandum q̄ ascensū ad gradum magistralem oportet q̄ scientijs subiiciatur: alias caueat ne sibi dicatur illud ad romanos vndecimo.

Qui alios docet reipm non doceas. ideo sapientie decimo octauo dicitur Anteq̄ loquaris scilicet docendo discere scilicet audiendo. et Jacobo tertio.

Nolite plures magistri fieri. in hoc etiaz canones satis concordare videntur. lix. distinctione. Or. dinarios. et. lxi. distinctione. Miserum. et decima sexta questione prima.

Siquis clericatus. et extra de electione cum enim. Item eruditus id est instructus quasi extra ruditatem positus. Mansuetus quoniam quandoq; discipulorum. Dic ponit secundum documentum de mansuetudine magistrorum. Et duo facit. nam primo documentum ponit. Secundo exemplo ipsum corroborat ibi. Magister franco. et dicit q̄ magister etiam aliquomodo mansuetus esse debet scholarib⁹. Et rationem assignans dicit. quoniam cum quandoq; oportunitas est pati elationem discipulorum: consequens etiam est mansuetudine vtendum. Virtus enim illa est que irascibilitates reprimit et moderat iras: quare et multorum malorum fomenta refrenat: qua certe si vsus magister franco fuisset: cuius exemplum immediate subiungit: non laqueo collum strangulasset. hic enim cum vidisset arrogantiam id est superbiam discipulorum vtentium sua nobilitate: arrogantiam dico non irrefrenabilem id est corrigibilem laqueo se suspendit: qui tamen sapientius egisset: si mansuetudine hac virtute vsus fuisset.

Rigid⁹ i scolariū aplexu. Hoc ē tertiuū documētū de magistrorū rigiditate erga subditos. Et. d. q̄ magister etiam dicitur esse rigidus id est durus et validus. Et dicitur a riges. qm̄ frui id est vti rigore id est rigiditate in amplexu scholarium commodissimū est: vt sic errantibus id est delinquentibus imponat vinctā: atq; dissoluat lites

Sit inq̄ eruditus. prius enim oportet vt discat q̄ doceat. Triuū siquidem comparationē doctrine nouimus assistricem. valde vero absurdū est et iniquum: vt imperiti peritis: nouelli antiquis: rudesq; preferantur emeritis. Mansuetus quoniam quādoq; discipulorum elationem pati oportunitas est: ergo mansuetudine vtendum est. Magister franco in imansuetudine p̄deat in exemplū: qui ob discipulorū suorum nobilitate sua vtentiū irrefrenabilem arrogantiam laqueo se suspendit. sapientius autē egisset si mansuetudine vsus fuisset. Rigidus i scolariū eiz aplexu rigore frui comodissimū ē

Sextum

sophistarum id est disputantium: atque remordeat id est puniat: oblatrantes id est continue contra ceteros rixantes et a cambus sumptum est. similiter et reprimat obloquētes id est ipsos diffamantes: atque castiget virga rectitudinis proteruentes id est proteruum quid attentantes: quod pro et sic faciat totam determinationem id est illam omnem que inter scholares tam ex parte morum quam etiam doctrinarum facienda est: faciat

ut sic creatibus vidictam imponat: sophistarum lites dissolvat: oblatrantes atque remordeat: obloquētes reprimat: proteruentes castiget totamque determinationem dyalecticam faciat. Antiquus vero non annis sed perpetua scia. Si vero utrumque affuerit: sanior conditio erit. Non negligens: quoniam sicut in unoquoque

dyalecticam id est ad utrumque arguendo partem: ut scilicet plene discutiatur hinc inde: posteaque determinet et faciat quemadmodum presmissum est. Nota magister fore rigidus hoc eodem modo intelligendum est quod canones intelligunt. Sit magister rigidus: ita tamen ut non assit seueritas scilicet nimium corrigendo hoc est verberando asperere. talis

nempe rigiditas culpe imputanda est. Leuis nempe castigatio solum magistris permessa est extra de homici. c. ad audiētiam et xxiii. q. vi. c. primo. et hinc est quod si leuis percussione scholaris moriatur magistrum non teneri: ut vult Vincentius et hoc si sanus est puer et robustus. secus autem si tener: quia non est leuis percussio. ff. ad .l. acquil. l. q. actione. §. si quis. hoc etiam notatur in decreto cum in magistrum. extra de elec.

Sit antiquus non annis. Hoc est quartum documentum quod est de magistrorum longa experientia et perpetua scientia. Et dicit magister etiam sit antiquus id est experientia suffultus. et hoc bene inueniens dicit. antiquus quidem non annis sed perpetua scientia id est scientia firmiter in eo radicata: sed tamen si utrumque affuerit scilicet antiquitas cum scientia: conditio sua erit sanior.

Notandum per hoc quod dicit antiquum fore magistrum vult ipsum longa experientia in doctrinis atque docendi forma fore exercitatum. In doctrinis uti in primo documento edoctum est. In docendi autem forma ut scilicet doceat recte et artificialiter unumquemque secundum suam capacitatem et secundum cuiuslibet artis exigentiam. Et hanc docendi formam optime tangit Paladius. li. i. de agricultura cum inquit. Pars prima prudentie est ut consideres personam eius cui preceptorus es. Nam stultum est rusticos peritissimorum virorum alloqui stilo. hec ille. ut ergo quis bene doceat expedit ut modum audientis vtilem exquirat: eiusque capacitatem etatem et sensum considerat: nec instruere incipiat artes sed prius inueniat partes. et hinc sumptum est vult a re illud. Artes post partes veteres didicere magistri.

Non negligens. Hoc est quintum documentum quod est de magistrorum perseverantia. Et dicit. Magister etiam nullomodo negligens existat sed perseverans: quoniam sicut in unoquoque opere inuenitur constantia et diligentia veluti mater: ita etiam per contrarium uniuersae doctrine et discipline nouerca est id est inimica negligentia: quo fit ut deseruire mechanicæ arti et scientiæ est oportunius quam onerari iugo negligentie.

Non vir piger indignus bonis est: et iste qui sollicitudinem non habet: nullo meretur beneficio dotari. ad hoc enim natus est homo ut laboret corpore pro victu: mente pro

Capitulum

virtutibus: atque non solum sibi ipsi: sed ut Plato ait ad Architam patrie atque amici. Pigritia enim multos facit desides: eo quod incepta salubria continuare formidat. Et hi solum molles sunt ut vult Aristoteles ipse quarto ethicorum ubi dicit. Mollicies est fugere laboriosa. hec autem ipsis magistris summe cauenda est: atque etiam perseverantia equo animo firmiter amplectanda: quae amplectata atque etiam retenta: bonos virtutes scientie diuitie solent adipisci. Tardis enim mentibus non facile virtus committitur: teste Tullio libro quarto tusculanarum questionum. Et Virgilius in bucolicis. Tardus venire bubulci. Omnis nempe tardus brauto caret. Non sit arrogans. Hoc est documentum sextum quo suadet arrogantia fore vitanda magistris. Et duo facit Boetius circa hoc documentum. nam primo ostendit arrogantiam summopere vitandam fore. secundo demonstrat qui sunt hi magistri qui arrogantiam commouent ibi. Hi sunt. et dicit quod magister nullo modo arrogans existat: quoniam arrogantia nullum penitus erga discipulos bonum operata est: et hoc ostendit tam circa pauperes quam diuites. Et dicit quoniam viuax scintillula id est amor sciendi pauperis extinguitur arrogantia magistrantis: et hoc quo ad pauperes dictum est: quod pro et voluntas discendi sequestratur id est separatur a diuitibus: subaudi ipsa arrogantia: quoniam sedulitas id est diligentia arrogantis magistri nunquam instruit hominem fideliter. Item arrogans superbus: iactator: elatus et inflatus idem. differt tamen arrogantia a superbia. nam superbia inanis est gloria de eo quod quis habet: sed arrogantia de eo quod non habet. et cum quis credit ea scire que nescit vel habere que non habet. sepe tamen apud auctores hi duo confunduntur. Hi sunt qui id quod sciunt humiliter docere continentur. In hac parte ostendit qui sunt magistri hoc vicio arrogantie notati. Et duo facit secundum duas maneries arrogantie: quarum una in docendo est. scda in ornatu. scda ibi. Hi et sunt. Et dicit. hi supple magistri arrogantes sunt: qui contemunt docere humiliter ea que sciunt: et nequeunt monstrare recte ea que sapiunt ratione. i. intellectu: quoniam positi in fastigio. i. superbia et fastu despiciunt mentes merentium. i. desiderantium doctrinam: fastidendo. i. quasi fastidium eis ingerent. hi etiam arrogantes nec referunt causam sue scientie in delatorem scientie. i. deum gloriosum a quo omne datum optimum et omne donum perfectum. Joba. i. hic eis affluenter omnia attribuit: et non improperat: tribuitque plus quam rogat. In hac dico non referunt causam suae scientie: sed respiciunt propriam excellentiam in se solum: estimantes ea que sciunt propria scire excellentia. Et inde secundos arrogantes persequitur. d. hi etiam supple arrogantes sunt qui dilatant id est extendunt fimbrias scilicet vestimentorum appe-

Capitulum

pleno: et hoc expectando neminem nisi maxima necessitas urgeat id est incumbat.

Notandum est circa hoc documentum Boetij summopere considerandus est: ne ante ipsam inceptiōem huiusmodi diuini dimittatur imploratio auxiliij: quia solus deus est qui diuitias sue sapientie instituit in animas sapientum. Et tribuit studentibus gratiam cognoscendi cui nihil est difficile: et sine quo nihil possibile est possideri: ut in ipso prologo de regimine principum dicitur. Et omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est a patre luminum descendens ut inquit scriptura. et Augustinus. Nemo tam eruditus neco tam doctus: qui suprema illustratiōe non indigeat. Et Gregorius. Nisi intus sit qui doceat: in uanum lingua doctoris laborat: id est philosophia uolens ostendere scilicet in quo uera existat beatitudo: apud Boetium libro tertio prosa nona de consolatiōe diuinum monet inuocare auxiliū: quo certe premissis nullum rite fundatur exordium: quod obseruantes maiores nostri semper in aggrediendis arduis diuinum implorarunt auxiliū. sic Plato incepturus geniturā sensibilis mundi inquit. uerū mi Socrate. nam cum omnibus mos sit et quasi quedam religio et cetera. precari auxilio diuinitatem et cetera. sit ergo meis precibus comprehensurū maxime quidē ut ea dicantur a nobis que placeant deo et ce. et Dali ab eragel. gratias uiuo deo et ce. sic Quidius. i. merba. Diu ceptis nā uos mutastis: et illas aspirate meis et ce. sic et reliqui pene omnes. Animaduertat igitur magister ut antequā ea peragat que hoc precepto docentur deo supplicet: ueluti omnium cordium illuminatori. Item Tyro in superioribus capitulis declaratum est. Aurora dicitur initium diei clariscentis uel primus splendor aeris: qui grece eous dicitur. Unde Virgilius de rosis Strictior eous precesserat aura iugales et cetera. Quoniam si magistrantis diligentia. In hac parte Boetius causas sui dicti subiungit. Et diuiditur in duas partes. nam primo facit quod dictum est. secundo exemplo dicta confirmat ibi. Sed nō faciat. Prima adhuc in duas secundū quod duas causas assignat. secūda ibi. Quā autē et ce. Et dicit quod si magistratus diligentia presumpserit spectare aliquos ultra spacium debiti temporis: hec forte duo mala contingere possunt: scilicet quia forte ipse magister confundet eos id est quos expectat mora pigritie: quasi diceret cū forte magister illos expectabit: possunt ipsi hanc pigritiam in consuetudinē sibi trahere: cogitantes magistros eos sicuti semel sic et continuo expectare. Et hoc primum malum est expectatiōe huiusmodi prouenturum. secundum uero est: quia forte expectatiōe huiusmodi magister ira

ablato se relegabit. Cum autem bone inquisitionis tyro legendi causa scholas intrauerit rigore intrinsecus assumpto considerandū est: ut aurore tempore continuo submissa uoce incipiat ore rotundo medio critter ascendēdo nisi magna urgeat necessitas expectando. Quoniam si magistratus diligentia aliquos ultra debiti temporis spacium expectare presumpserit: hos siquidem pigritie mora confundit: ireque se rancore commouet. Quis autem pigritie discipulus dormitatiōis artifex magistri nouerit sedulitatē aut maturius festiabit at pudore confusus in huius opprobriū dormitabit.

Sextum

euidia tumoratur atq; repletur: atq; se comminuet ex hinc rancore ire huiusmodi: ut sic ceteris non tam proficue et tam viriliter lecta declarare possit: sicuti faceret si iracundiam non comminisset. Deinde ponit secundam causam. Et dicit magister etiam non debet expectare aliquos: quoniam cum discipulus artifex dormitationis pigritie non venit sedulitatem id est curiositatem magistri: aut festinabit se maturius id est citius:

Sed non faciat ut *Assuerus* poeta precipit: quem *Dromonis* *Castoris* discipuli pigrities nequiuit in risum excitare: eo vero more quotidiano ad primam stertente vnguibus scabris membratim musicum melos facientibus oculisque lippientibus lucemque explorantibus matutini laboris

quia veniet ad horam debitam: aut certe confusus pudore supple ob risu sociorum dormitabit in opprobrium huiusmodi.

Notandum est circa hoc ubi dicitur. ire quoque rancore se comminuet. Ira est que sola animum perturbat atque sensum: discernere verum non permittit. inest enim semper iras angustia. unde *Zul*

In oratione pro *Marcello*. Iracundia inquit consilio est inimica. id est *Epicurus*. Ira infantiam gignit: quare summo opere curanda atque impedienda est: atque ea que ipsam inducunt aspernanda. vnde *Doratus* in epistola. ij. Ira furor brevis est animum regere qui nulli pareat. Imperat hunc frenis: hunc tu compece carbenis. Item rancor dicitur indignatio: dolor: amaritudo et amaritudo mentis: inde rancorosus et rancorositas et ce. Item dormire frequentatiuus a dormio: et est sub pigritia dormire. vnde propheta. Ecce non dormitabit neque dormiet et ce. Sed non faciat ut *Assuerus* poeta. In hac parte. *B.* exemplum quoddam circa predicta subiungit. Et primo proponit ipsum exemplum. secundo cum persequitur ibi. eo modo. Et dicit magister inquit mane ut predictum est incipiet: neque scholares quosque expectabit rationibus supradictis: neque faciat ut *Assuerus* poeta fecerat: quem pigrities *Dromonis* discipuli *Castoris* nequiuit excitare id est risu. id est derisionem. Et inde exemplum suum persequens duo facit. nam dicit quomodo se *Dromon* gerebat in exercitio scholastico. secundo quomodo in mensa se gestabat ibi. Dum aliquando. prima in duas. nam primo dicit quomodo se in mane gesserat. secundo quomodo media die ibi. si modo. Item primo facit quod dictum est. secundo quendam falsam cautelam qua usus fuit subiungit ibi. *Maluit* et ce. Et dicit eo enim supple *Dromone* quotidiano more stertente. id est dormiente ad primam usque ad illam horam qua prima canitur: et hoc vnguibus scabris. id est scabiosis et asperis: agitantibus. id est scalpendo facientibus: membratim. id est per membra musicum melos. id est sonum quasi musicum: quia se scalpendo quasi musicam armoniam concitabat: et similiter existens lippientibus oculis atque explorantibus supple nunc apertis nunc iterum clausis: luce matutini laboris. id est matutine lectionis: aiebat. id est dicebat: sic supple ut sequitur consortibus suis aduentibus: aiebat inquit ne. id est nunquid adhuc: res. id est lectio matutina: pagitur. id est fit in scholis: ne. id est nunquid confundit adhuc rubor aurore rubore lucis diei. q. d. est ne adhuc dies: quid ultra negantibus illis. scilicet sociis: ipse *Dromon* somnolentus. id est plenus somno: expleuit. id est compleuit vel exposuit: creberrime. id est sepiissime ita. scilicet dormiendo media partem diei. id est usque ad meridiem: et hoc agendo. id est referendo gratias deo quod tam bene quam suauiter in somniis membra refouisset: et cautelam suam falsam subiungens dicit. maluit enim subaudi *Dromon* ipse. id est magis voluit habere duriciem. id est obusitatem sani capitis quam peritiam. id est sapientiam insani. Deinde ponit quomodo ipse *Dromon*

Capitulum

se circa diem mediam gerebat. vnde dicit si acciderat q̄ idēz Dromon adessz disputa
tioni meridiane: ipse nesciens excedere id est superare vel p̄uenire: morem natium
id est innatum quo necesse erat vt dormiret: continuo stertebat id est dormitabat so
lo naso vigilante. alia littera habet vigente: 7 stertendo resonante: qz pro et prebebat
fastidia id est nausea: atqz tedium affinibus id est consocijs ob strepitum porcine cor
rosionis: 7 hoc per simili
tudinem dictum est. **Po**
stremo ostendit quomo
do hic Dromuz in mensa
se habebat. 7 dicit. dū hic
Dromum ad mensam ex
titerit tato somno dedit
extitit: vt dum hauriret p
sorberet: posuit olera id ē
caules existentia secundas
delicias eius: comisit ora
biaru id est voragini: 7 cō
misit lumina somno: vero
pro sed licet manus sordi
da prendebat aliquid in
catino id est disco: tamen
sopor id ē somnus extitit

ei nociuus: dum quesituit incarceratione id est deglutire cibaria: quia tantum somnus eū
oppresserat vt quecumqz incepisset somno retraheretur. quare alloquens Boetius
Martianum dicit. **M**artiane carissime sociorum: siquidē pro certe vestra intentio
nouit ad quem fructum maturitatis 7 laboris sui creditis peruenire hunc Dromonē:
quasi diceret inimo nouit: quia ad nullum fructum vnq̄ pertingere valebit.

Notandum circa hoc exemplum 7 si somnus immoderatus donus est: pigritia
tamen moderata pessima: quoniam pigri se suaqz negligūt: 7 veluti bruta in fecibus
suorum delictorum deuoluuntur. omnium enim viciorum fomentum somnolētia est.
Unde Catbo. Nam diuturna quies: vitijs alimenta ministrat. **Q**uare 7 **Q**uidius
sommolentos arguens libro secundo siue titulo in hec verba prorumpit. Infelix tota
quicumqz quiescere nocte. **S**ustines 7 sumnos premia magna vocas. 7 item. **M**
male presto quies o semper dedita somno. **P**ectora nuda bono quantis p̄ ates ipse
ruinis. **Q**uem nox sola tenet nescit vigilare periculo. **D**os sommolentos **P**ersius
excitat satyra. v. bis verbis. **M**ane piger stertis: surge inquit auaricia: eya surge. **N**e
gas instat surge inquit. non queo. surge. **E**n quid agam rogitis enfa perdam adue
be pontbo. **L**astoreum stuppas hebenum thus lubrica coha. **T**olle recens primus
pipere 7 sic lenre camelo. **C**erte aliquid iura. quasi diceret poeta. **S**urge piger
surge: quia n̄ dat surgendi ratio. **M**orem quoque sommolentorum quasi exem
plo proposito conformem **G**aufredus in poetna apissime conscripserat. inquit eim.
Scis ne moram pigri si mane vocetur obaudit. **S**i ceterur adhuc iterata voce sonoz
ra. **N**are vigil stertit: tandem clamore coactus. **O**re tamen lento linguam mouet et
mibi quid vis. **I**nquit surge veni: nox est permittite quiescam. **I**nmo dies est surge:
deus meus: en ego surgo. **C**lade sequar: nec eum sequitur quem negligit. 7 tu. **N**o ve

Sextum

nes. dudum venissem: sed mihi vestes quero nec inuenio. nihil est te. birria noui.

Surge cito. domine en sum presto. nec tamen. immo. Vel caput huc vel illuc vertit: vel brachia scalpit: vel membra in longum distendit: sic sibi quasdam. Unde liber morus las querit semper venit ore. Non pede sic veniens nunquam venit ille coactus. Forte moruens gressum trahit a restitudine motum. hec ille. Nec tamen reprehendenda est des

porcine corrosionis strepitum prebebat fastidia: dum aliquando olera ecuidas eius delicias hauriret: ora hiatui lumina somno commisit. Manus vero licet sordida in catino aliquid predebat: sed sopor ei nociuus extitit: dum cibaria incarcerare quasi sunt: ad quem fructum maturitatis. **D** martiane sociozorum carissime creditis hunc puenire: vestra siquidem nouit intentio.

Si differendi causa. **M**eridianus doctor studium adierit: precauendum est ne sophisticum polleat apparatus: nec terris moueatur difficultatibus: sed studiosa premeditatione omnibus armatus intrepidus adeat lites: easque facili mente componat: et illud quod quisque obiecerit ita memorie disponat: ut de tegendi tempore a via rationis non recedat

partem. secundo que incidentia subiungit sibi. **A**duertendum. Prima adhuc in duas diuiditur secundum duo documenta que ponit. secunda ibi. Si vero maxima. Primo ergo ponit primum documentum quod tale est. Si Meridianus doctor adierit studium causa differendi id est disputandi: precauendum est summo opere: ne magister ipse polleat apparatus sophisticus: id est ne utatur rationibus sophisticis: et caueat ne moueatur terris: id est obscuris difficultatibus: sed armatus studiosa premeditatione id est studio premeditato: inter lites id est disputationes que sunt lites scholasticas intrepidus: que per et componat id est declaret eas facili mente hoc est facilitate opinionones concordet et caueat quod disponat id est ordiet memorie illud quod quis sibi obiecerit supple disputando: ita id est tali modo: ut tempore detegendi id est soluendi et enodandi non recedat a via rationis: sed accepta moderatione. i. modestia: dilucidandi. i. declarandi: exsoluat. i. declaret: explicite. i. manifeste: enigmata. i. obscuritates et sophisticata sibi proposita ordine competendi: subaudi quem admodum proposita et obiecta sunt non posterius

bita nature quies: quia teste Horatio in poetria. et quandoque bonus dormitat homerus et cetera.

Item stertere verbum suspinis caret id est naribus dormiendo resonare. vnde et sepe pro dormire ponitur. Item scaber bra. bra. id est asper: scabiosus: scabidus. Item catinum licet secundum Isidorum sit. vas vinarium fictile: capitur tamen quandoque pro disco et scutella: ut in proposito.

Si differendi causa Meridianus doctor studium adierit et cetera. **S**uperius Boetius docuit qualiter magister se habere debeat in docendo discipulos: et hoc quo ad lectionum exercitium: hic facit hoc id est quo ad disputationum certamen.

Et diuiditur hec pars in duas partes. nam primo ponit documenta circa hanc

Capitulum

primo atq; primum posterius exsoluendo. Notandum Boetius summopere sophi-
striam magistrum precauere in disceptationibus scholasticis monet. Et ratio est: quia
ut etiam in superioribus premissum est ipsa non uili verborum est ostentatio ambitio-
sa. confidentia enim verborum sola probanda replet. quare et libidinem rixandi
Augustinus in de doctrina christiana eam nominat atq; scientiam impietatis: et vis
de supra capitulo primo d
studio logice. Item res-
truid est atum et obscur-
rum: et etiam in superioribus
dictu est. Si vero
maxima ut assolet discre-
torum mentibus. Hic ponit
secundum documentum
circa predicta. Et duo fac-
cit. nam primo documen-
tum ponit. secundo circa
presumptum aliud dicit
ibi. eodem modo. et dicit
q; si in disputatione dubi-
tatio maxima accidat ut
solet mentibus discreto-
rum: utendum est studijs
deliberando quis respon-
dendum. et quod mens ex-
agitata id est commota
naturalibus motibus consci-
entie dictauerit: subaudi ex
deliberatione huiusmodi:
illud proferendum id e de
terminandum est publice in crastino id est die et lectione sequenti. Et inde circa preas-
sumptum documentum aliud ponens duo facit. nam primo documentum ponit. ses-
cundo ipsum confirmat ibi. Facilius enim. et dicit eodem modo scilicet quemadmos-
dum presatum est supple faciendum est siquid difficilimum magister fuerit premedi-
tatus: quoniam ipsum commendandum etiam est discretioni. alia littera habet dis-
putationi et ueris: prout ex sequentibus apparet. et rationem subdens dicit. enim p-
quia scintillula difficultatis reperitur plerumq; facilius differendo id est disputando:
q; si committeretur obseruantie studij: quod confirmans dicit. quoniam ut inquit Ar-
istoteles: subaudi in topicis. Veritas ipsa non tantum reperitur in altero id est in vno
sed reperitur in pluribus seu in multis.

Notandum circa hoc quod dicitur facilius enim differendo et cetera: q; dispu-
tatio actus est scholasticus quo quilibet intentionem suam ad inquirendam ueritatem
per rationem ostendit et eam uiribus asseuerat. hoc quidem actu inter ceteros nil clari-
us nihilq; salubrius discipulo comprobatur. ipsa enim est que ueritatem enucleat:
at: enigmata manifestat: errores atq; deuita condemnat: quare non absurde dictum est
ueritatem facilius differendo reperire q; studendo.

sed ordine competenti enigmata dilucidanda
di moderatione assumpta explicitate exsol-
uat. Si vero maxima ut assolet discreto-
rum mentibus accidat dubitatio in differendo:
studijs utendum est deliberando: et quod
naturalibus motibus mens exagitata di-
ctauerit conscientie: in crastinum preferen-
dum est. Eodemq; modo si difficilimum qd
quisquis premeditatus fuerit: discretioni
est commendandum. Facilius enim disse-
rendo plerumq; difficultatis scintillula in-
uenitur: q; si studij obseruantie committe-
retur: quoniam non in altero tantum scie-
ueritas reperitur: ut dicit Aristoteles.
Aduertendum est etiam q; tribus modis

Sextum

Animaduertendum est etiam quod tribus modis traditionibus et cetera. In hac parte Boetius ponit quedam incidentia circa documenta superiora. Et diuiditur hec pars in quinque partes secundum quinque incidentia que ponit. secunda ibi. Si quis bonorum tertia ibi. Et ad magistratus. quarta ibi. Si vero primo tempore et cetera. quinta ibi. Nubila licet quandoque. Primo ponit primum incidens. nam aliquis posset dicere.

traditionibus uti solet discretorum cognitio. Nouis siquidem et inuisitatis editionibus gloriari: veteribus tetrisque discipulorum mentes palliare vetustissimis tamen inuouatis: et tanquam propriis riuus manantibus credentium intelligentias excitare.

Si quis vero horum discipulorum sagacitate oblectauerit: archischolari iungendus est: ut vel eis recordationis seriem fideliter imprimat: vel exarandi diligentiam commendat. Admagnum si-

re. **D** Boetius probatur est et ostensum quomodo magister in disputatione se agere debeat: sed adhuc latet quas rationes facere debet: ut disputantium orta disceptatio competenti dissoluatur. Et ad hoc respondens dicit: quod cognitio discretorum magistrorum uti solet in traditionibus et disputationibus tribus modis: et hoc secundum tria magistrorum genera. sunt enim quidam subtilles: quidam subtiliores: quidam subtilissimi. Solent etenim quidam gloriari id est glori-

riose uti editionibus id est rationibus et documentis nouis et inuisitatis. Et hoc quo ad tertium genus magistrorum dictum est. Solent etiam alij palliare mentes discipulorum veteribus id est antiquis: et tetrisque id est obscuris rationibus: et hoc quo ad primum magistrorum dicitur. Sunt et tertij qui solent excitare id est commouere intelligentias credentium scholarum: editionibus et rationibus vetustissimis id est antiquissimis sed inuouatis: et utuntur eis tanquam manantibus a propriis riuus id est scientiis eorum. Et hi sunt qui secundum genus scilicet mediocriter subtilium amplectuntur.

Notandum inter omnia magistrorum genera hi certe subtilissimi fore noscuntur: qui non vetustorum atque pene obliteratorum semper utuntur codicibus: vel eorum tamen inuouatorum. sunt enim illi aliena meditantibus atque rapientes suorum ingenio veluti a se excogitata ascribentes: sed hi acutissimi quidem sunt: qui nouis inbiant institutis. miserum enim uti prius etiam monstratum est ingenij exat semper inuentis non inueniendis uti: quare et cetera. Item tertium id est obscurum ut superius expositum est. Si quis vero horum discipulorum. hic ponit secundum incidens quod est tale. Diceret forte aliquis. si pueri atque scholares questionibus atque rationibus per magistrum adductas ad plenum intelligere nequeant: quid agendum? Ad quod respondens inquit: quod si scholares disputationi assistentes intelligere nequeant rationes magistri in medium adductas: et tamen rationes ipse eos delectauerit: tunc scholares ipsi iungendi sunt id est sociandi archischolari id est baccalario: ut ipse imprimat eis fideliter seriem recordationis id est modum recordandi atque etiam intelligendi: vel etiam idem archischolaris commendat id est informet et ostendat eis scholaribus diligentiam exarandi id est scribendi: quoniam magnum fomentum id est augmentum utilitatis colligetur ex his scilicet prauatis informationibus.

Capitulum

Notandum recordatio de qua in littera illa que est superius in primo capitulo communis vocata est, ipsa nempe magne utilitatis est discipulo: quoniam ut ibidem dicitur usum generat, usus autem ad magistratum properare festinat. Cuius ratio ibidem redditur: quoniam sicut prudentia sine iusticia parum vel nihil prodesse noscitur: iusticia autem sine prudentia multum: sic scientia sine usu parum: usus autem sine scientia multum: prout et quemadmodum in preallegato loco hec atque alia longius declarantur. vide ibi. Item fomentum nutrimentum ut esca et ab effectu per augmento quandoque ponit. Et dicitur a foueo foues: Item series id est ordo tenor. Et dicitur a sero seris.

Et autem ad magistratum apicem tempore perveniat. Sic ponit tertium incidens Boetius: quia posset quis dicere postquam iam magister omnia illa exequitur quemadmodum in superioribus edoctum est: debet ne ipse ex hinc relinquere studium: et solo exercitio scholastico intendere.

Ad quod dicit Boetius quod non. Et duo facit. nam primo dicit ipsum magistratum continuo adberendum studio. secundo quibus in locis ostendit ibi. Recessus secretiorum. Et dicit primo quod sicuti immorandum est id est vacandum est: studio continuitatis id est continuo ut discipulus perveniat ad apicem magistratus: quasi diceret sic quoque continuo studendum est magistro: ut apicem ipsum magistratum conservet. et locum studij ostendens inquit. quod pro et est insistendum id est causa studij immorandum: recessus id est loco secretiorum: licet pro quibus magister ipse sanguineus existat. sanguinei enim ut superius iam demonstratum est in locis apertis amenis et iocundis informandi sunt. hoc tamen non obstante in locis secretis magister studere debet: hoc ne strepitus assistentium eberet eum in studio: et similiter ne strepitus migrantium confundat eius intellectum: sed sit in loco quieto et mudo et ex purgato ab omnibus vinculis impediens vitales spiritus magistri. Et reddens causam dictorum dicit. Consentaneum enim est honestati magistrorum ut magister rimando id est inquirendo secreta existat solitarius: quod quod exhibebat presentiam suam cunctis extrahendo id est exponendo libellos subaudi in apertum. nonne pro nunquid enim detractionis filius supple quicumque fuerit aspiciens sedulitatem scilicet magistri in extrahendo id est in publicum ponendo libellos suos causa studij meditaretur inquinatum: quid id est aliquid malum vitioque opinaretur: quasi diceret cum ita sit quod forte oculus nequam malum ex hac publica ostensione opinaretur: honestius est magistrum quemcumque studeat loco solitario se recipere. Notandum circa hoc quod de studij continuitate dicitur. Sicuti una dies calida non facit estatem: neque una grundo ver: ut dicit Aristoteles primo ethicorum:

quidem ex his utilitatis fomentum colligetur. Et autem ad magistratum apicem tempore perveniat discipulus studio continuitatis immorandum est recessusque secretiorum: sanguineus existat insistendum est: ne strepitus assistentium mentem eberet: vel migrantium rixa confundat intellectum nullis vinculis vitales spiritus impediens. Honestati eius consentaneum est ut secreta rimando solitarius magister existat magis quam libellos extrahendo cunctis presentiam suam exhibeat. Nonne detractionis filius magistri sedulitatem libellos ex

Sextum

sic etiam nec vnus actus studiosus ⁊ scientificus studiosum atq; scientificum reddit. requiritur enim vti etiam in superioribus declaratum est ad perfectionē magisterij studij continuatio. habet nempe se studium in modum cauentis gutte lapidem: que non vno casu sed diuersis iam milies multiplicatis casibus lapidem cauat. Sic quoq; magister bone indolis non primis tituli adepti curriculum

trahendo aspiciens quid inquinatum meditaretur vtiq;. Si vero primo tempore magistrantis diligentia copiam discipulorum non habuerit idcirco non tepescat: nec spe deposita euanescat: sed tāto acrius studijs insistat: seq; i conflictu strenue prebeat: vt sic licet cum paucis honorem contingat. Paucorum enim consortio multos delimitos profunditatis studio vigente frequenter vidimus strenue intitulati. Nonne Theophrastus subtilitatis artifex paucorum suffultus ornatu spe defraudatus regendi curam abiecit qd

nio vsq; in finem studio atq; exercitio adberat: ⁊ hoc in loco solitario. anima enim terrenis occupata insultibus nequaquam in cognitionem scientiarum attrigere valet. requirit nāq; studium libertate; animi terrena prosus respicientis: cum ipsa de mundo creata sit: quare ⁊ ipsam mundis ac puris soluz delectari necesse est non defectis atq; mole terrena inuolutis: quare ⁊ ce. Item rimari. i. scrutari ⁊ inuestigare: ⁊ tractum est a porcis qui per rimā terre silliquas ⁊ radices inquirunt. ⁊ producit ri. vndē Prosp. *Horrida rimet penetra*

Ha dextra salutis Si vero primo tempore. Hoc est quartum incidens circa predicta occurrens. Et est tale. Posset nempe quis dicere omnia siquidem bene ⁊ optie digesta sunt: ⁊ hoc circa hos magistros qui scholarium copiam habent. quid autem de his quibus non plenum est auditorium: surda presentia atq; comitatus penitus abruptus. his respondens dicit vt in littera. Et duo facit secundū duos modos in littera positos. secunda ibi. Numeribus tamen. Prima in duas. nam primo quoddam documentum siue quendam modum circa incidens ponit. secundo causam eius subiungit ibi. Paucorum enim. Et dicit primo. si diligentia magistrantis copiam discipulorum scilicet scholarium non habuerit primo tempore: non tepescat id est non desistat ab inceptis: idcirco id est propterea: ⁊ hoc ne euanescat id est recedat deposita spe: sed quanto rarius est sibi auditorium: tanto acrius studijs insistat: q; pro et prebeat id est exhibeat se: in conflictu id est lucta scholastica que disputatio est: strenue id est ardue: vt sic contingat honorem licet cum paucis. Et rationem predictorum reddens duo facit. Nam primo rationem ponit. secundo exemplum quoddam circa hoc annectit ibi. Nonne. Et dicit. enim pro quia. nos Boetius vidimus multos delimitos id est insignitos studio profunditatis: intulati id est laudari: vigente tamen consortio paucorum discipulorum. Et exemplum circa hoc quod dixerat: ne sepe ⁊ ce. ponens de Theophrasto dicit. nonne Theophrastus ille magister existens artifex subtilitatis et suffultus ornatu paucorum: nonne ipse abiecit curam regendi: ⁊ hoc defraudatus spe regimini affuturi: quasi diceret immo. quod tamen scilicet abicere regendi curam egit inconsulte: sed certe egisset consultius si se exhibuisset commendat

Capitulum

bilem observantie studij. Notandum quemadmodum dicit littera propter raritatem auditorum non desperandum est: quoniam etsi minima esset scholarum copia non ea propter ab exercitio et studio desistendum est. Attendenda enim non est in his mundialis gloria: sed studij exercitijque finis qui sapientia est: cuius quidem est beatam facere patriam et bonorum: atque beatam efficere vitam: ut inquit Seneca ad Lucillum. Dac salomon principatum obtinuit: et honorem proverbiorum secundo melior. Melior enim eius est acquisitio: quam auri et argenti. ibidem. Ea enim habita omnia bona pariter veniunt cum illa. Non ergo tepescat scientiarum Tyro: si copiam studentium non habeat: cum largior laborum merces sibi fuerit constituta. Item tepesco inchoatum est: a tepere reperere id est tepidum fieri. Et est tepere proprie esse inter calorem et frigidum.

Muneribus tamen incognito Leontini. Dicitur est secundum documentum circa predictum incidens attendendum. Et duo facit. nam primo modum ponit quo scholares magister habere possit. secundo antiprophetizat vel saltem notabile quoddam circa hoc ponit. Pietatis vero. Et dicit quod si magister audientium scholarum non habuerit copiam: modus est ut eos sibi muneribus coemat et conducatur exemplo Leontini: cuius quidem discretio acquisivit sibi muneribus id est donis consortium multorum. censuit enim id est estimavit pulchrius fore degere id est paupertati incumbere: quam destitui ceterum discipulorum scilicet scholarum.

Notandum si munere atque donis dii superni placari constat: iuxta Ovidium in de arte traditorem. Munere dii superum placantur carmine manes et cetera. Nulli mixta denique si homines eis placabuntur. Muneribus equidem omnia conamur: ut si quod precatu difficile est munere facilius. quare bene dixit Ovidius. ubi supra. Carnia laudantur: sed munera magna petuntur. Et item. Ipse laqueus venias musis comitatus homere. Si nil attuleris ibi homere foras. Hoc usus consilio Leontini eos quos fors sibi detraxerat muneribus comparavit. Pietatis vero ambitu. Dicitur. B. quoddam notabile circa predicta ponit: quo rogationem elemosynarum pauperibus faciendam commonet: et hoc si magistro suppetaret facultas. Et duo facit. nam primo facit quod dictum est. secundo hanc rogationem sumope commendat ibi. Que enim preclarior. Et dicit rector scholarum delinere. id est. munitus vel insignitus ambitu pietatis. id est. ipsamet pietate: tenetur. scilicet. iure caritatis mulcere. id est. fovere corda discipulorum: degentium. id est. viventium paupertate: et hoc discipulorum studiose et diligenter non quidem discoloris. mulcere inquam cibariis et calceis: quod pro et vestibus et si non novis: saltem tritis id est laceratis et antiquis. et hoc dico si facultas sua suppetat. ultra enim posse viri non vult deus ulla requiri. quod pro et magister ipse subueniat ipsis ceteris donatis id est donis alijs quam premisis. similiter quoque subueniat eis consilio concitatio: hoc est ammoncat eos atque concitet: ut pausquam studium relinquunt potius elemosynas recepturi ab eo vel ab alijs veniant. Notandum licet Boetius solos

Sextuum

scholarium rectores pietatem amplectari commonet: ab omnibus tamen totis viribus appetenda est. hec enim virtus est quam natura suadet atque ratio comprobatur fraternitatis caritatis. omnes enim homines nature unius sumus: quod ob rem penes omnes pietatis opera exhibenda sunt. hinc Seneca in *Thieste*. Nulla vis maior pietate vera est. quoscumque enim veros amor retinuit: hos pietas tenebit. his ergo concluditur caritatis opus pietatem esse naturamque querere pietatem.

Delinitus discipulorum corda paupertate degentium studioseque discipulorum mulcere tenetur: videlicet cibariis: calceis: vestibus saltem tritis si facultas suppetit: ceterisque donatis subueniat: consilioque ut decet concitatio. *Que enim preclarior nature queve suavior quam veris scholaribus erogatio.* Preclarior est enim confouere scholarem his in quibus est minima donatis exhibitio. maxima vero pauperis recipientis promptio: quam histrionum et meretricum

Notandum circa hoc quod dicit si facultas suppetit non tantum erogandum est ut in processu temporis elargienda deficient. Prudens ergo intueatur quid sibi contingere possit. nam teste Socrate. *Id est est cauere quam pauere.* Sic ergo cuncta largienda sunt: ne successu temporis remendicari cohibentur. Pietas i. misericordia benignitas propiciatio. *Id est Dulce. es. re. mitigare: fouere: delinere.* *Que enim preclarior.* In hac parte recomen-

dat erogationem pauperibus scholaribus factam dicens. que enim erogatio id est elemosyna est preclarior id est nobilior vel suavior illa quam que est facta veris scholaribus quasi diceret nulla: quoniam confoueri id est mulcere scholarem his scilicet erogationibus in quibus exhibitio donantis est minima: et promptio id est receptio recipientis maxima est preclarior id est beatius et nobilior: quam delinere id est fouere detestabilis incurtus histrionum atque meretricum. Notandum inter omnes erogationes que fieri possunt preclarior illa est que discipulis a magistro exhibetur: quoniam in ipsa duplex erogatio committitur: scilicet corporalis atque spiritualis. Corporalis namque que victu vestitu atque alio exteriori famularu exhibetur. Spiritualis vero qua ignorantie discipulorum medetur atque dubitanti consulitur. Luz ergo duplex in his sit erogatio in reliquis plerumque simplex: constat ea nil preclarior dulciusque constare. Item nota circa hoc quod dicitur que est facta veris scholaribus et cetera. quibus omnibus subueniendum sit: habendus tamen est delectus: in quo spectandi sunt mores cui datur: et animus atque vite sanctitas. non enim erogandum est discipulis: non ingratis: non dilapidatoribus: non quoque deum minime diligentibus. Et ideo bene dictum est a *Carbone*. *Lui des videto.* Item histrio gesticulator vel ioculator est qui diuersos gestus et habitus hominum representare noscit. Et dicitur ab histriion quod est gesticulari. Unde histriiones comediarum representantes olim dicebantur.

Nubila licet etiam fortuna. Hoc est quintum et vltimum incidens quod circa predicta contingere posset quod est fortune aduersitas. Et duo facit in hac parte. nam primo circa hoc incidens documentum ponit. secundo ipsum documentum exemplo confirmat ibi. *Proth Corradi*. *Et. d. licet ipsa fortuna quandoque existat nubila. i. aduersa*

Capitulum

tamen cura id est studij sollicitudo: magistrantis id est magistri non desperet propter hoc: sed regendo se semper bene id est equanimiter: perferat id est patiatur: viriliter id est animo forti: incursum id est aduersitates fortunarum spectando semper diutius et melius euenturum: et non faciat quemadmodum Corriandus ille magister: qui cum fortuna sibi non semper arrideret: scholas dimisit et desperationem incurtebat. et ideo inquit proth interiectio des-

testantis est: proth trans factio id est constantia Corriandi huius magistri est pudenda id est respuenda. Notandum est omnis virtus in summo sit: equanimitas tamen animi quam constantiam hic licet appellari plurimum collaudanda est: quam siquidem Macrobius libro primo sic describit. Est animum supra periculum erigere: nihilque nisi turpia metuet fortiter tollerare aduersa: et humiliter prospera constantis hoc animi est: ut ait Tullius libro primo de

officijs. in rebus asperis minime perturbari. Qui hac virtute caret: nullam in suis operibus prosperitatem obrinebit. Cum ergo fortuna malefida nubilum ostenderit vultum: equanimiter perferendum est: atque in domino sperandum: quia teste propheta. Qui sperant in domino non confundentur. Quare fortuna nubila quondam despingebatur: ut superius satis edoctum est. Cum autem hoc festiui temporis impulsus. Postquam Boetius in precedentibus posuit normam atque modum magistros ipsos regulantes tam quo ad se quam quo ad discipulos suos: et hoc tam in moribus quam in scientiarum administratione: hic consequenter ponit modum atque normam magistros regulantes in comparatione ad alios a discipulis. Et dividitur hec pars in duas partes secundum duo documenta que ponit. secunda ibi. Licet autem in scholis et cetera. Prima in duas. nam primo documentum ponit. secundo causam subiungit. tertio exemplo corroborat. secunda ibi. Ne quasi. tertia ibi. Maronis saltus. Et legendo hoc totum usque in secundum documentum. dicit primo. Cum magistro placuerit visitare loca deliciarum ob impulsus festiui temporis: discretio docentis habeat semper secum nobiliores sui cetus id est suorum scholarium: atque etiam eminentiores forma. forma enim eminens corporis: animi etiam excellentiam communiter representare perhibetur. Et hoc ideo fiat ne magister ipse a multis videatur esse destitutus solatio id est solamine. vel etiam ideo ne excitetur id est commoveatur in periculum. ut eiz homini soli: quoniam cum ceciderit non habebit subleuantem. Et mala que exinde de possunt euenire si predicta non obseruetur exemplo ostendens dicit. Saltus enim. id est transitus solitarius Maronis forte Virgilius dicit: vel alterum indoluit id est valde doluit priuari. id est destitui: cetui. id est societate felicium scholarium forte malum quoddam ex

cum detestabiles incursum deliniri. Nubila licet quandoque fortuna existat: non tamen magistrantis cura desperet: sed semper curialiter se regendo incursum viriliter perferat dulcius expectando. Proth Corriandi pudenda trans factio. Si autem ob festiui temporis impulsus deliciarum loca visitare placuerit semper cetus sui nobiliores formaque eminentiores docentis secum habeat discretio: ne quasi destitutus solatia multis videatur: vel ne in periculum excitetur:

Sextum

solitario suo transitu. Adhuc enim euenit: quod quæle fuerit: Boetius tamen hic non exprimit. Licet autem in scholis rigidus existere. Hoc est secundum documentum quo magistrus informat qualiter se erga alios a scholaribus suis gerere debeant. Et dicit. Magister ipse scholarium licet debeat esse rigidus in scholis: subaudi quemadmodum superius in eodem capitulo declaratum est: ubi dicebatur rigidus & cetera. tamen ma-

gister debet esse deuotus in gressu id est transitu suo coram populo: & hoc dico salutando quemlibet secundum conditiones suas. debet etiam esse transmittentibus id est cum pretereuntibus iocundus: in sermone atque alludentibus id est sibi congruentibus comes id est socius: sitque commorantibus id est secum habitantibus fidelis: ammonitu id est ammonitione salubri: atque etiam sit affinis id est vicinis: cautus id est astutus: castitate id est in castitate: quasi diceret velit. si non caste viuere possit coram vicinis: faciat tamen ut siquid sinistrum egerit: vicinis non innotescat: ut quod caste

fieri nequeat: saltem caute exequetur. & huius causam subdens inquit. Et hoc ideo ut dictum est fieri debet: ne affinitas amicabile id est amica vicinitas: ebibat id est subtrahat fetorem suspirantis nasi: quasi diceret ut immediate supra suppletus est. Et methaphorica locutio est. Extrema presentis voluminis extat compilatio. Nec est secunda pars principalis huius ultimi capituli: In qua postquam Boetius determinauit & posuit diuersam magistrorum diuisionem & mores eorum qui in locis studiorum principalioribus scilicet Athenis & Rome habitant documentis regulauit. Dic modo in hac secunda principali parte huius capituli vult ostendere quomodo se debent habere illi qui habent curam regendi scholas in castris vel in villis prefata loca studiorum circumiacentibus paupertate conclusi. Et diuiditur hec pars in duas partes. In prima parte premitur intentum suum. In secunda ipsum prosequitur ibi. Cum ob egestatis causam. Et dicit. extrema id est vltima compilatio presentis voluminis: extat. id est ut dicamus sub compendio id est sub breuitate de magistrantibus illis: quos egestas id est paupertas existens nouerca id est contraria & inimica liberalibus disciplinis compulserit inuadere fines. id est regiones alienas: & similiter quoque de his quos dulcedo natalis patrie reuocauit: subaudi ut ibidem commorarentur: & de his in tertia parte principali.

Notandum circa hoc quod dicit liberalibus disciplinis. per has liberales disciplinas. vij. artes liberales intelligit. liberales inquam quoniam ab alijs illiberalibus proorsus sunt distincte. ipse nempe ad animam: ille vero ad corpus ordinant

Capitulum

liberales etiam: quia secundum eas homo per se disponitur secundum intellectum ad optimum finem: veluti usum virtutum: moralium et intellectualium: vel ad perfecte felicitatis usum que est speculativa. qui autem talia considerant naturaliter liberi sunt et non serviles cum intellectu vigeant: ideo recte artes ille liberales dicte sunt. et rursus liberales quia liberos expeditos et exercitatos animos requirunt eo quod subtiliter de rerum causis disputant et de illis plerumque que a sensu remota sunt. Et insuper liberales ideo quia antiquitus tantummodo liberi id est nobiles et ingenui in eis studere consueverunt. Plebei vero in mechanicis ob peritiam operandi: que quidem peritia et opus plus plebeis congruit. Scium vero et studium nobilibus secundum Hugonem. Item finis incerti generis id est terminus et a fine dicitur: quia agrorum fines funiculis sunt divisi. unde propheta. funes ceciderunt mihi in preclaris. Et dicitur finis terminus: consummatio: mors: patria. unde. Est finis patria mors consummatio meta. et communiter incerti generis est: aut masculini: aut femini. Cum autem ob egestatis causam. Postquam Boetius intentum suum premiserat: hic ipsum modo persequitur. Et duo facit. nam primo Boetius ostendit qualiter magistri ipsi existentes extra patriam suam et in locis supradictis: vel de prope vel de longe adiacentibus se regere debeant erga scholares. secundo qualiter erga alios a scholans ibi. Cum autem cena. Prima adhuc in duas. primo facit quod dictum est quo ad se. secundo quo ad vicedoctores ibi. Advertendum. Prima adhuc in duas. primo enim ponit documenta generalia. secundo specialia documenta subiungit ibi. Puerisque. Et dicit primo cur quis magistrorum ob causam repellende egestatis id est egestate ipsa cogente: querat odorem dulcissimum lucri: subaudi id est partibus alienis: tunc considerandum est: ut magistrus ipse insistat id est intendat: quantum queat id est poterit paritati. et hoc bono: dico salvo: quod pro et consideret etiam ut inbiat vestibus mediocribus: subaudi tamen honore magistrali dignis iuxta premissa precepta: atque indulgeat id est intendat precipue regimini scholarium.

Nota quoniam omnia hec generalia precepta in superioribus eodem capitulo quasi deducta sunt: videlicet magistri paritas: vestimentozum honestas: atque iuxta scholares debita attentio: ideo de eis hic denuo pertractare superfluum foret: quare ibi videas. Item queo quis quini quitum quire id est posse. et componitur cum non dicitur nequeo. Puerisque vultum primo prebeat. In hac parte post documenta generalia documenta specialia ponit. Et dividitur. nam primo docet quomodo magister se habeat erga scholares corrector subiectos. secundo quomodo circa alios ibi. Cum autem habuerit et ce. Item primo ostendit quomodo se habeat coram novellis et parvis. secundo quomodo coram adultis ibi. Eisdemque aliquantulum adultis et ce. Et primo dicit quod cum magister in alienis partibus curam regiminis susceperit: debet prebere primo et precipue liter pueris supple informandis vultu benignum: parentibus autem eorum affatum benigniore

Sextuum

suadeat id est spondeat pueris quod parentibus: aditum id est introitum docendi benignissimum: et hoc ideo ut non solum permolliat id est molificet atque molliendo ad se attrahat corda puerorum: verum pro sed extrahat etiam pecuniam parentum supple que necessitati sue mederi valeat: atque efferat id est deponet: famam supple redolentem: ex hoc id est ex hac sua benignitate. Similiter autem cum hec omnia geruntur

benignum parentibusque eorum benigniorum affatum: docendique aditum spondeat benignissimum: ut sic non solum puerorum corda permolliat: verum etiam parentum pecuniam extrahat: famamque ex hoc efferat. Schole vero iura regaliter defendat ordine docendi prius edocto peritur. Eisdem etiam aliquantulum adultis rigidum se exhibeat: ipsorumque ora ad recte et ornate loquendum compoat: digitosque ad scribendum costringat: ad legendum omni-

defendat nihilominus regaliter id est viriliter iura schole: et hoc ordine id est modo docendi: edocto id est demonstrato: prius id est in prioribus puratur.

Notandum licet magistrorum benignitas tam erga discipulos quam eorum parentes maximum preestet attentionis atque benivolentie discipulorum incrementum: ut colligitur ex canone hoc habet. xxvi. di. et similiter decretali humilis de maiori. et obedi. tamen talis benignitas sic moderari debet: quod ex hoc regendi auctoritas non fra-

gatur. quod prout dicit Aug. in canone quando. lxxvi. di. dum nimium servatur humilitas regendi fragitur auctoritas. Et inde bene Boetius. post benignitatis ammonitione subiecit. schole vero iura et ce. q. d. cum hec geruntur: nihilominus schole iura manuteneantur. Et hec de nouellis dicta sunt. Eisdem etiam aliquantulum adultis. In hac parte Boetius ostendit quomodo magister se habere debet erga discipulos iam adultos. Et duo facit. nam prius facit quod dictum est circa adultos dociles. secundo circa rebelles ibi. Si vero. Et. d. q. si magister habuerit discipulos iam pene adultos: tunc exhibeat se eisdem adultis rigidum: quemadmodum de rigore supra doctum est: atque componat id est ordinet ora eorum scilicet adultorum: ad loquendum recte id est congrue quo ad grammaticam: et ornate quo ad rhetoricam: atque contingat id est disponat digitos eorum ad scribendum: atque conformet eos omnino ad legendum: et hoc dico concomitante rigore iusticie scilicet scholastice. et ratione quare omnia hec sic fieri debeant et specialiter huius cum dicit rigore iusticie et ce. subiungit dicens. hec ideo fieri debent: ut scholares ipsi proficiant: non solum in doctrina sed etiam in facie: hoc est moribus atque virtutibus. Et subdit. Magister etiam concedat tempestive id est tempore debito scholanibus spacium ludendi: atque sic ut nullo casu eis abstrahat beneficium docendi. Nota non solum scholares ipsi in doctrinis et disciplinis erudiendi sunt: sunt quoque in facie moribus atque virtutibus summis modis instruendi: quoniam si solum in doctrinis proficiant et moribus deficiant: certe nullo modo profecisse dicuntur. qui enim proficit in scientiis atque deficit in moribus: plus defecisse quam profecisse perhibetur. quare Paulus apostolus ad eph. vi. inquit. Educate illos. scilicet iuvenes in disciplina. et adiutur. et correctioe domini. et Grego. vii. registri sui. Peto inquit ut per nullos quos doces moribus erudias et cetera. Et illud apte insinuans Boetius dicit. Rigore iusticie concomitante et cetera.

Capitulum

Si vero contumacem superbumque inueniat. Hic ostendit Boetius quo modo magister se habere debet circa rebelles. et dicit quod si magister inuenit quem id est aliquem contumacem: quod pro vel superbum ipsum dulciter castiget. hoc est verbis dulcibus et exortabilibus ad bonum corrigat atque increperet: ipsique exempla proponat: quibus a sua contumacia atque superbia reprimatur. quod si nullo modo verbis ac monitis caritatis et dulcibus sint liter et exemplis minime corrigi valeat: affligatur id est corripatur virgis et verberibus: et hoc dico fit cum assensu parentum. Et rationem subdens inquit. ut sic supple ille contumax euadat castigatus ad vnguem id est ad perfectionem: ne cadat omnino in ignominiam id est in famam quasi desperatus.

Notandum quod magister circa contumaces discipulos more prudentis medici vti debet. Medici enim in curandis morbis primo medicinas ministrat faciles: ne patiens

medicinarum fortium trahatur in honorem: et ut per leuitatem medicaminis potius salubribus assuescat. sic quoque magister primo rebelles verbis agat dulcibus: ut dulcedine correctionis allecti: a morbo rebellionis desistant. quod si his minime retrahi valeant: acriori medicamine est utendum: scilicet virgarum cessione: eligaturque hec potius ne sic vnum membrum putridum non incisum totius corporis impediatur sanitatem: sic neque scholaris contumacis rebellio ignominie prebeat desperationem.

Cum autem magistrantis dilectio et cetera. In hac parte Boetius postquam documenta premiserat quomodo magister se habere debet circa illos discipulos qui sunt correctioni submissi: hic facit idem circa eos qui extra correctionis limam penitus reponuntur: vti sunt senes statuales planetici et alij. Et ponit plura breuia documenta secundum pluralitatem et diuersitatem omnium bonorum discipulorum. et dicit. cum dilectio magistrantis habuerit etate infrigidatos hoc est senes: statuales id est bestiales et rudes ingenio: ve pro vel planeticos id est errabundos: et hoc dico omnes scholasticus introitus participes. quid agendum inquit si magister nequeat vtilima id est rigore correctionis apud eos. hoc modo agendum est ut sequitur. Arridendum enim est id est fauendum: semio confectis id est senibus: atque ingemiscendum id est condolendum propter ingenij ruditatem: statualibus id est rudibus: planeticis vero id est vagabundis congaudendum est: simulacro id est similitudinibus et exemplorum adductionibus: et si qui lasciu affuerint ut calamistrari fucati atque molles: tunc perurat id est castiget vicium eorum penitus perurendo calamistratos existentes. hirsutis cirris id est crispatis capillis: atque perfundat perfusus fuceo illo colore ficto lachrymis irrigantibus gulam eorum. hoc est tanto eos castiget: ut in lachrymas irrigantibus gulam

Sextum

suam fuceo perfusam lachrymis tingant. Adolles autem id est laciuos et luxuriosos eijciat caute a consortio reliquorum: et hoc alij commoti supple suo luxu participant reatum id est viciuz sue mentis. Notandum sicuti se habet informatio ad informandum: sic se habet correctio ad corrigendum. Sed alij et alij informandi secundum diuersitatem morum: aliam et aliam requirunt informationem. aliter enim informantur capa-

planeticos scholastici introitus habuerit participes: si correctionis vti lima apud eos vti nequiuertit: senio confectis arridendum est: statualibus ingemiscendum: planeticisq; fauoris simulacro est congaudendum. Calamistratos cirris hirsutis peruratur: fuceoq; perfusos lachrymis irrigantibus gulam pfundat. Adolles caute eijciat: ne mentis sue reatum commoti participant. Animaduertendum est etiam quod quorum erogatione laboriosum delinuit certamen: in illis doctrinalis comprobetur effectus. rerum

ces: aliter incapaces: aliter iuuenes: aliter senes: aliter quibus: et aliter quibus alij. ergo etiam per locum a simili alij et alij corrigendi: aliam et aliam requirunt correctionem. non enim teneres acriter neque fortes tenerrime corrigendi sunt: sed quilibet secundum sue conditionis gradum correctionem recipere debet. senes ergo arridendi sunt: non quidem laudandi: sed sub adulatione quadam increpandi. rudibus quoque condolendum est: cum tali modo rudes sint: ut eis profus nulla discipline medela valeat suffragari. planetici autem exemplis animi

monendi sunt: ut exemplorum continua masticatione ad quietudinem contrabantur et sic reliquis sua manerie prout defecius cuiuslibet exquirat diuersitas diuerso medicamine subueniatur. Item statualis id est rudis: et a statua nomen cepit. sicut enim statua semper recte stat et difficile flecti potest: sic quoque rudes nisi magna adhibeatur industria informari nequeunt. Item planeticus id est vagabundus et errans: et nomen sumpsit a planeta quod errantem sonat. A planeta enim planeticus et planetarius. Item cirrus plicatura capillorum est in anteriori capitis parte. Et dicitur a cirri id est tondere. Inde cirritus id est crinitus. unde. Est homo cirritus: qui cirrum vertice portat. Animaduertendum est etiam quod quorum. Postquam Boetius in precedentibus docuit magistrum qualiter se habere debeat erga scholares: et hoc quantum in se est. In hac parte consequenter facit hoc idem: et hoc in quantum in vicedoctore est. Et diuiditur hec pars in tres partes. nam primo ponit suum documentum. secundo docet modum perquirere et inuenire si doctor bene egerit circa pueros. tertio probat. quarto confirmat. secunda ibi. Rerum namque. tertia ibi. Ordine autem. quarta ibi. Subministrantium. Et dicit aduertendum etiam est quod effectus doctrinalis id est doctrine comprobetur in illis scilicet vicedoctorebus: quorum scilicet vicedoctorum erogatione id est ostensione administratione et subsidio: laboriosum certamen id est exercitium scholasticum: delinuit id est permollitur. quod. perspicendum etiam est quomodo vicedoctores: ut sunt baccalarij et alij vicem magistrum gerentes se habeant erga pueros si eos probe informant: aut sicco pede pertranscant: quoniam quocumque

Capitulum

modo se gesserint: hoc filius operis ostendet. rerū nāq; effectus declaratur id est manifestatur operis exhibitione. Et dans modum quomodo i cognitionem horum deueniatur: scholares ipsi omnes quotquot sunt: sunt conuocandi iudicandi & examinandi vicissim id est vicibus alterius: & hoc ordine cōpetenti. i. decenti: vt pateat. i. inotescat fideli scrutinio. i. inquisitione: ne quid labor diurnus subministratum. i. vicedoctor: erogauerit id est docuerit eo: qm̄ nō est confidendū semper cure subministrantiuz. Et ratōne ponit: qm̄ cupiditas id est auaricia illoz permollitur plerūq; assib; i. obolis fractis. vel ab effectur: quia asses illi subministrantium frangunt constantiā. vel quia fracti sunt re: aut fidelitas horum plerūq; tepescit: defraudata spe scilicet lucri. vel etiam potestas eoz crudescit sepius: & hoc vt fideles magistro videātur sua nimia crudelitate. Nota tria sunt propter que non est i collaborantibus confidendum: scilicet auaricia: frustratio spei: & nimia crudelitas. Auaricia enim seducti pueros non corrigunt: frustratiōe spei pauperes despiciunt: quoniam nullā mercedē consequi sperant. Crudelitate autē mentes discipuloz obstupescūt. non sit ergo vicē magistri gerēs numerū cupidus: neq; sit in docendo pauperes piger: qm̄ vt in littera sequitur sicuti ē deferendū. i. dādū misericorditer felici paupertati id est illi que non est infecta malis vsibus: sic quoq; eo minus est insistendum attentius ipsius eruditionibus. exercetur. n. i hoc duplex mie opus. vnum quidē corporale quod est bonoz erogatiō. Aliud spirituale. s. salubris eruditio. Itē scrutiniū in superioribus expositū est. Item as assis plura significat. vnde as obolus punctus pōdus possessio tota. hoc aut in pposito obolus ē. sic & in euāgelio. nonne duo passeres assē veniūt & ce. Eū autē cena & ce. Postq; Bo. documēta p̄miserat quib; modū atq; normā magistris tradidit quomō se erga discipulos suos habere debeāt: nūc facit hoc idem circa alios a suis discipulis. Et diuiditur hec pars in duas partes. nā primo ponit vnū documētū. secundo aliud ibi. Proterua. tertio tertū ibi. Cauendū. prima adhuc in duas. nam primo ponit documētū. secundo causam documēti subiungit ibi. Ne familiaris vox. Et ponens documētū dicit. cum magister ipse cena nō abundauerit: sed sibi cena pauperior id est tenuior affuerit: vt aliquid elargiendum et erogād pietat; ituitu disposuerit solummō facultas ipa ē erogāda omēs salib; & scholarib; secū commozantibus, familiaribus vtro cōplicib; vicinis siqd erogādū sit: illō

namq; effectus exhibitione operis declaratur. Ordine autem competentī vicissim sunt conuocandi: vt fideli scrutinio pateat quid subministrantium labor diurnus erogauerit. Subministratum enim cure non semper est confidendum: quoniam illorum cupiditas fractis assibus plerumq; permolitur: aut spe defraudata tepescit fidelitas: aut vt videantur fideles crudescit potestas. Sicuti vero paupertati felici misericorditer deferendū est: sic nō minus ipsius eruditionibus attentius est insistendū. Cum autē cena pauperior affuerit cōmensalibus est erogandū facultas familiarib; cōplicibusq; vicinitatis inuite porrigendū

Sextum

tamen inuite porrigendum est: et hoc ideo ne familiaris vox et cetera. Et in hoc red-
dit causam documenti. et diuiditur secundum duas causas. secunda ibi. Vel multi-
plicitatis. Et dicit hoc ideo fieri debet: subaudi quod admodum premisimus: ne vox fas-
miliaris supple vicini reuelet secreta supple paupertatis magistri: et hoc sibi sibi ma-
lignis detrahendo. vel etiam ideo ne anus id est vetula cui forte erogatur existens pro-

ne familiaris vox secreta reuelet detrahē-
do: vel multiplicatis anus prodiga propi-
net anui annectendo. Quid autem anu-
conscia futilius proterua in minimis pro-
cul absit rapacitas: et fame nouerca et adu-
ca tenacitas. Cauendum est etiam ne pue-
rorum pulueri feculento plusquam triennio

diga id est superflue larga
multiplicitate supple ver-
borum et mendacii: propi-
net id est det supple sibi
erogatum: anui id est ab-
ten vetule: et hoc annectē-
do supple multiplicati
et mendacio. ipsa enim a-
nu conscia domestice pau-
pertatis magistri nihil fu-
tilius id est vanius locas-
tius: et verborum superflu-
us reperiri potest. square
dicit. quid enim ut in litte-

ra. Notandum circa hoc quod dicitur ne familiaris beneficia: que plerumque gra-
tis dantur et pietatis obreptu elargiuntur: plerumque etiam in venenum et opprobrium
mutantur. sunt enim qui beneficia accipiunt: et indigētie conferentiā attribuunt. nam
penes se dicunt ideo is dedit quia me eget vel indigebit. nouit enim aut aliquo sibi
proficere posse: aut mee familie sperat obsequium. dicunt etiam plures beneficia et ero-
gationes sibi fieri fraudis sub preteru. rursus alij dona cum receperint minime reco-
gnoscunt. veruntamen sapiens et bonus datum commendat quantulumcumque etiam
fuerit. commendat inquam atque assidua commemoratione delectatur: qua de re prospiciē-
dum maxime cui erogetur. Erogetur ergo potius domesticis quam familiaribus vici-
nis: ne per extranea beneficia: intranea egestas in publicum deuoluetur. Item anus
antiqua vetula dicitur: quasi multos habens annos. vel dicitur ab. a. et nus id est sen-
sus quasi sine sensu: et corripit. a. vnde. Pampbile tolle manus iamque redibit anus.
dicitur etiam posterior pars corporis: et tunc producit. a. ut in versu. Dum se curuat
agnus retro sibi sibilat anus. Item futile est quod cito et facile decurrit: et dicitur quod
nihil potest retinere: et hinc facta translatione futillus dicitur homo vanus superfluus
loquax qui nihil velare et celare potest. vnde. Ifutile vas illud quod nulla receptio clau-
sit. Sic homo futillus est diuulgans omne quod audit. Proterua in minimis absit pro-
cul. Sic ponit aliud documentum quo auariciam magistri dissuadet atque tenacitatem.
Et dicit rapacitas. i. auaricia: proterua. i. crudelis absit procul in minimis supple re-
bus. q. d. et etiam in maximis per illam topicam. Si illud quod minus videtur ines-
se: et illud quod magis: et hoc de auaricia. et sequitur absit etiam adunca. i. curua: et pe-
ne inflexibilis tenacitas eius nouerca. i. inimica fame. Item licet a quolibet: sic et a magistro i-
ter cetera mala hoc viciū rapacitatis fugiendum est. lucrum nepe illicitum est: quare iniuste possidetur.
et quoniam iniuste acquisitum: ideo iniuste deperditur. hinc Cullius in philippica. ij. Male in-
quit per a male dilabuntur. Nepe difficile est ut quis ex rapacitate prosperet. Si quis s. n.
suis diebus gaudere videat his que rapuit: et in prosperitas aut si erit diuina aut in suc-
cessoribus non durabit. iuxta illud Sene. ad Lucil. Nulli inquit cui rapina feliciter cessit
gaudium rapti durat in posteris. nec mirum: quia nullum violentum perpetuum. Absit ergo

Capitulum

a magistro rapacitas que non est nisi cupiditas quedam atq; rerum tam magnarum
q̄ paruarum ingeniosa exspoliatio. Item de tenacitate supra iam satis dictum est.

Cauendum est etiam ne puerorum pulueri. Hoc est tertium documentum huius
partis quod est de mora magistri extra suam patriam. Et dicit q̄ magistro ipso extra
patriam suam regimini scho-
lastico incubente: cauendū
est etiam ne magister
ipse extra suam patriam
degens alludat pulueri id
est labori: feculento id est
fece pleno eorum supple q̄
dicta sunt scilicet schola-
stico regimini. alludat i q̄
plusquam triennio: non ob-
stante q̄ cōfluentia id est
abundantia maxima: gace supple et lucri: et comitum id est scholarium affuerit. af-
fluentia in q̄ federata id est copulata: opulentia id est cum abundantia amoris. alia
littera habet confederati amoris: sed in idem redit: nisi id est excepto illo si promotio
in maiore vigeat id est nisi speret ad maiora promoueat: vel certe elatio facultatum
id est diuitiarum et lucri vigeat in honore: quasi dicat. tunc enim commorandum est:
cum maiora premia expectentur. Item puluis dicitur quod viuenti tollitur. Inde
et puluerem pro labore plerumq; accipimus. Unde Virgilius in quadam egloga.
Quid inuat estiuo defessum puluere abesse. Quam potius bibulo decubuisse thoro.
et Horatius. Sunt quos curriculo puluerem olimpicū collegisse iuuat. licet forte alia
ibi interpretetur manerie. Item feculentus a fece dicitur id est fetidus vel plenus fece.
lentus enim sepius plenum significat sicut osus.

ibidem alludat: licet maxima comitum ga-
zeue affuerit affluētia: federataq; amoris
opulentia: nisi honoris promotio vigeat i
amore v̄ facultatū elatio i honore. Quā at
ob dulcoris patrie delicias parentūq; ve-

Cum autem ob dulcoris patrie delicias. Postq̄ Boetius in hoc ultimo capitulo
ostendit qualiter magistri regentes scholas in duabus urbibus solemnioribus vti est
athenis et rome: similiter quoq; in locis his adiacentibus: extra tamen suam patriam
existentibus se gerere debeant tam quo ad se q̄ quo ad scholares et ad alios a su-
is scholaribus distinctos: nunc consequenter in hac finali parte totius operis deter-
minat quomodo magistri in patria sua curam docendi discipulos suscipientes se de-
bent gubernare. Et diuiditur hec pars in duas partes. nam primo ponit documen-
ta quedam ipsum regulantia quo ad mores componendos. secundo quo ad vicia sus-
cipienda. secunda ibi. Jocorum. Prima adhuc in duas. nam primo facit quod dictum
est. secundo causam documentorum subnectit ibi. Quoniam polimite. Et primo
documentum ponens dicit. cum quis magistrorum acceperit curam regendi scho-
las in confinio natalis soli id est territorio: tum ob delicias dulcoris patrie: tum etia-
am ob venerabiles aspectus parentum: insistendum est id est vacandum est: subau-
di ipsi magistro pomposo id est superbo: non ea superbiaque vicio commaculata
est: sed pomposo id est pleno pompa philosophica affatui id est colloquio et sermo-
ni: q; pro et similiter aridendum est caute splendideq; procuratori subaudi cibos-
rum et victualium reliquorum: et hoc dico vicissim: non quidem die singulo: sed cum

Sextum

quoque ut fertur referebat Themistodes magistratus et ludis et quibuscumque leuissimis arcendos fore: ne res publica ludere videatur: defectumque sui relicta grauitate pronunciet. hec ille.

Cum autem tam morum quam facultatis. Hic ponit secundum documentum quo inuolat Boetius magistros ipsos ad fugam luxurie summis virtutibus amplectendam. Et

confundat: illiciteque malignitatis fetor famam bonam denigret. Nerose verum emittentes odorem videantur expirare: et lilia sudore castitatis quasi decrescere videntur. Venerabilis Cratonis effigies proprie facultatis complicibus alijs etiam qui eum unico aspectu attigerant meroris cau-

diuiditur hec pars in tres partes. Nam primo documentum ponit. secundo causas documentum reddit. tertio omnia ista exemplo confirmat. secunda ibi. Nerose. tertia ibi. Venerabilis Cratonis. Et primo documentum ponens dicit. cum commendatio id est laudatio et honoratio tam morum quam facultatis magistri in publicum id

est in publicam famam euenerit: considerandum est et firmiter cauendum: ne inaccessus id est luxuria vel fornicatio: caput eius obstipet id est circumdet et inclinet: et etiam ne adulterium ora sua confundat. sinodoche est pars pro toto posita: quod pro et ne fetor vitium illicite malignitatis denigret et obfuscet famam: subaudi magnis laboribus conquistam. Et rationem reddens bonum dicit. hec ideo consideranda sunt: ne rose id est ipsa bona fama: emittentes odorem verum id est vernalem et suauem videantur expirare: et etiam ne lilia castitatis id est ipsa castitas que lilijs merito comparatur: qualesita sudore id est labore videantur decrescere supple a sua pulchritudine: quasi diceret ne ipsa bona fama redolere desinat.

Nota Boetius attendens inter alia vitia que habent bonam famam tollere ac etiam am denigrare ipsa luxuria est. Pro tanto vere sapientie magistrum per hoc documentum vitium hoc euitare docet et famam bonam retinere: quod faciliter adimplere valebit: si consilio sapientie voluerit adberere. vnde ipsa sapientia contra vitium hoc et reliqua vitia dicit illud sapientie. vij. venerunt mihi omnia panter cum illa: et innumera honestas per manus illius. quod et Larbo attendens inquit. Luxuriam fugito simul et vitare memeto. Crimen auaricie nam sunt contraria fame. contraria inquam quod non solum verbis sed exemplo clarissimum est. nunquid enim volucentium vrbis clarissima opulenta legibus et moribus ordinata ut refert Valerius libro. ix. ca. i. postquam in luxuriam prolapsa est: in iniuriam et turpitudinem decidit: ut seruorum insolentissime subiaceret dominationi. sic et imperium romanum: uti Polierates libro. vi. ca. xij. refert luxu et libidine exhaustum est Nerone regnante. Quid ergo hoc vitio festidius: quid damnosus: quo virtus atteritur: victorie elanguescunt: sopita gloria in infamiam conuertitur: faciesque honestatis denigratur. Item inaccessus id est inaccessus: qui cum montali cum sanguinea vel virgine concubir. est enim coitus illicitus: Sed adulterium quasi ad alterius thorum accessus. est enim ut inquit magister quarto iniaz illicitus coitus cum maritata. Sed stuprum est defloratio virginis illicita. Fornicatio nis ad hoc omnia. fit nisi spualiter cum soluta vidua vel meretrice. Venerabilis Cratonis effigies

Capitulum

In hac parte Boetius superius dicta exemplo confirmat. Et duo facti. nam primo exemplum ponit. secundo circa hoc notabile quoddam subiungit. ibi. Licet enim. Et exemplum proponens dicit. que et quanta opprobria subsanationes atque blasphemias ob adulterij incurreret vicium. venerabilis enim effigies id est imago et successus Cratonis illius magistri prebuit causam meroris atque tristitie incrementum: nedum pro parte facultatis id est artis: complicibus id est socijs: verum etiam alijs qui euz attingerant vnico respectu qui scilicet Crato cum ob dormiret quodam tempore in diuersorio id est in domo Castoris illius hominis quicumque ipse fuerit: et hoc ob delicias id est adulterium Eufrasie vxoris sue: repertus id est comprehensus est in amplexando. quid ultra. Crato ipse tractus capillis: castigatus verberere: laceratus id est laniatus vulnere: et deinde sale fricatus: atque postea in augmentum penarum vrina seruorum infusus: et sterum eiectus angulis supple domus erectus trabibus. Tandem vero tortoribus ipsum ut premititur cruciantibus lassatis et fessis genitalibus priuatus est: sterquilinio suppositus: transeuntibus expositus: subaudi in ridendam fabulam: quibus omnibus sic perpetratis extitit plebis abiectio. id est derisio et cetera. vti in littera clari persequitur: quoniam littera nulla eget expositione. Notandum est mechos atque adulteros similiter quoque et alios fornicarios cuiuscumque conditomis existant multa mala iusto dei iudicio comitantur. hec tamen que littera exemplo enumerat: licet non plerumque contingant: quemadmodum Cratoni euenisse narrantur. sunt tamen de his que euz adulter in vicio deprehenditur: ipsi promptius quam reliqua infliguntur. similia sunt que Horatius libro primo sermonum connumerat satyra secunda. inquit enim ipse hoc modo. Dic se precibus recto dedit ille flagellis. Ad mortem cecus: fugiens hic decidit arcem. Predonum in turbam. dedit hic pro corpore nummos. Hunc permixere calones quinetiam illud accidit ut quidem testes caudamque salacem. Demeteret ferro. iure omnes et cetera. Hic ille. Inter meror proprie dolor est cum silentio. et venit a mereo res. quod preterito caret: sed mereo es. ut inuentatur: tamen non in eadem significatione. Item diuersorium diuersitas viarum est vbi viator ad calle diuertitur: vel locus remotus ab alio: vel receptaculum scilicet hospitium vel hospitale. Et dicitur a diuerto. vnde in Luca. non erat ei locus in diuersorio. et ut dicit in glosa est locus inter duos muros hinc duas ianuas: ut scilicet ex diuersis vijs recipiat aduenientes. Licet etiam quicquid primeua quicquid salua stant indicia. In hac fine particula huius totius libri de disciplina scholarium circa proxime dicta quoddam

Sextum

tempus et postulet aut facultate permittatur: quod pro et gaudendum est ipsa varietate vestium supple et alijs ornatibus decentibus: vti sunt anuli et birrum et similia: que honori magistralis requirit. Et causam huius subdens de varietate vestium dicit. et hoc ideo quoniam venustas id est decencia vestis: polimite id est ornate: quod pro et insignia id est gloriosa ornamenta anulorum et aliorum redimiculorum cogunt multos

nerabiles aspectus regendi curam: quis acceperit in natalis soli confinio: pomposo affatui insistendum est. Laute splendideque procurationi vicissim est arridentium: vestiumque varietate gaudendum: quoniam vestis polimite venustas: anulorumque insignia: multos aliud quam veritas exigat cogunt obtinere: ornatus: fauor: affatusque lepos quam plurimos comparatos sensu erroneo Homerum excedere visu compellunt: ordine tamen docendi pretertaxato diligenter obseruato. Jocosum quoque damnosa libido attentius ablata sit: vt quod raro contingit puincialis honor famam efferat in tituli commendationem. Quanto magis vero venustatis titulus surrexit: tanto magis subditorum insistendum est fauori: vt quod proprii oris nequit proferri tu

ros obtinere aliud quam veritas ipsa intrinseca exigat et requirat: quoniam vti bene vestitus in vestibus esse peritus: creditur a nullo: quamuis idiota sit isle. Et annectens causam aliam hoc ipsum dicit: ornatus etiam et fauor: quod pro et lepos id est facie affatus et colloquii: compellunt supple plerumque excedere id est precellere visu et apparentia multos supple tales: et taliter vestibus fauore et facie colloquii insignitos. multos dico comparatos sensu erroneo: subaudi ob fictam decenciam Homerum illum poetam grecum. quod dicat ornatus vestimentorum atque reliqua supradicta sepius faciunt magistrus esse magis Homero sapientiore et peritiorum: quamuis ista rei veritate non existat.

quoniam locus natalis cuiuslibet est conseruatiuum principium quam admodum pater principium productiuum existit: vti attestatur Porphyrius Hlagogicus cum inquit. Est enim patria principium generationis quam admodum et pater. In ipsa nempe virtus celestialis nato vigorem insuit: atque ipsum in esse conseruat veluti locus suum locatus. est ergo dulcorosa cuiuslibet sua patria ob loci natalis conseruantiam. similiter quoque dulcorosa est parentum reuerentiam: que quidem primam in promissione mandata est: vt patet exodi. xx. cum dicitur. honora patrem tuum et matrem vt bene sit tibi. affert eis parentum reuerentiam vite: longeuitatem atque bonorum temporalium affluentiam abundantem. Item polimite ta. tum. adiectiue sumitur. vel etiam polimite vestis est multorum colorum. et dicitur a

Notandum quod cuiuslibet patria sua dulcorosa est:

Capitulum

rotunditate quod est polus: quia vestis illa rotunda est: et potest capi in proposito utroque significato. Item venustus id est decens: et dicitur a venus. Sapias vero dicit venustus id est sapiens: ornatus: modestus: facetus: formosus: inde venustus faceta est et formositas.

Jocorum quoque damnosa libido et cetera. In hac parte Boetius post praedicta ponit documenta magistrorum regulantia quo ad viciorum fugam: Et dividitur haec pars in duas partes

secundum duo documenta

tae que ponit. secunda ibi.

Cum autem. Primo ponit

unum documentum quod

est de curatione iocorum

illicitorum. secundo causam

documenti subiungit

ibi. Et quod oris et cetera. Et

dicit primo quod damnosa li-

bido id est cupiditas iocorum

sic ablata subauditur

a magistro attentus: et hoc

ideo ut honor provincialis id est

hominum provincialium et patrie: efferat id est extol-

lat famam supple magistri in

commendationem tituli id est

honoris: quod tamen raro

contingit: quoniam nemo acceptus

in patria est neque propheta ut

dicitur in euangelio. et sequitur. et

quantomagis titulus id est laus: et

honor venustatis et nobilitatis

furrerit id est excreuerit: tantomagis

est insistendum id est vacandum:

fauori subiectorum id est

scholarium. Et causam documenti

assignans dicit. haec omnia ideo

fieri congruum est: ut quod id est

que laus nequit proferri subauditur

ob proferentis verecundiam:

cum propria laus sordeat: proferri

inquit tumultibus id est verbis

tumultuosis propriis oris: illud

saltem erogetur et propaleatur

affatibus tempestiuis eorum

scilicet subditorum: ut sic magister

ipse non solum morum dulcedine:

sed et facultatis id est scientiarum:

acumine id est excellentia

spectetur et miretur.

multibus ipsorum tempestiuis erogetur

affatibus: ut non solum in morum

dulcedine verum etiam proprie facultatis

acumine commendabilis inspectetur.

Cum autem tam morum quam

facultatis in publicum euenerit

commendatio: caueendum est

ne incestus caput obstipet: adulterius

ora

Notandum magistri in natalibus commorantibus locis summopere a lusorum consortio se abstinere debent propter multas vilissimas conditiones quibus quilibet lusor astringitur. Prima est desiderium lucrandi quod ex cupiditate procedit: que radix omnium viciorum est. primo ad *Timoteum*. vi. Secunda spoliare proximum quod rapina est. Tertia blaphemare deum quod est turpissimum. Quarta periurare: quo ecclesia contemnitur. Quinta valde mentiri: quo scandalisatur proximus. Sexta furari: quod suspendium sequitur. Septima irasci: quod plerumque homicidium sequitur. Octava solennitates non colere: quare et merito lapidandi essent lusores sicut qui colligebant ligna in sabbato. Nonum amissio bonorum omnium: quas ob res bone inquisitionis magister qui famam bonam et honores suos promulgare desiderat ludorum inonestatem rabiensque deuit: quoniam nihil est quod hominem tam debonestet quam ludorum inonestas. Alea enim ludus ut in politerato libro primo scribitur: omnium malorum mater est. Deuitetur ergo tam aleae quam ceterorum ludorum enormitas: exemplo *Chilonis lacedemonij*. hic enim societatis iungende causa missus in corinthum: duces et seniores populi ludentes inuenit in alea. infecto itaque negotio reuersus est dicens se nolle spartorum gloriam quorum constructio bicantio clarescebat hac maculare infamia: ut diceretur cum aleatoribus societatem contraxisse. preclare

Sextum

subiūgit notabile quo magistros quoslibet cōmonet: vt quecūq; tum in moribus tum quoq; administratōe doctrinaz gesserit: hec saltē eo ordine atq; manerie gerat: vt sicut media pris pualet: sic q; vltia medijs prisq; atecellat: qd̄ tamē plerūq; alto ordine geritur. quāuis enīz primeua indicia id est signa fiant: quādoq; .i. sepius salua subaudi & laudabilia: tñ vltima supple indicia pmanebūt plerūq; inquinamēta. i. turpia & sce-

salua fiant indicia: vltima vero alterius sa-
poris inquinamenta permanebunt & cete.

lerata: alterius saporis id ē manerici q̄ pria. No. sicuti parum pdest bene agere si mēs lablis existat cū ex nullis actib⁹ genere tur batus nisi boni operis p̄seuerantia coexistat:

sic quoq; parū imo nihil pficit q̄ a bonis icipit: medio reperit: finēq; horrore confundit. vñd̄ in puerbijs sapiētū bene dictū est. Nil pdest bene facere si cesses. Nā turpe est bōa opa cepta deserere atq; in mala declinare. Incepto ergo bono pposito p̄seueranduz est iugiter. Ille autē p̄seuerat qui bona cepta continuat: Ille quoq; cōtinuat q̄ summo creationis fine singula claudit. Qui de' gliosus ē i secula cūcta benedictus. Amen.

Consiliabar item gnatorum soluere carmen.
Obliqua facie surdus ab arce vehor.
Non pudeat struxisse dolos ex aggere fato.
Rumi feros sonitus dum mouet ampla seges.
Aderat interdum rabies contermina pōtho.
Dum loquor ex quarto capite confer opus.
Vos p̄coro o iuuenes q̄bus ē celebrāda iuētus.
Suggestat innocuos nunc mea lira modos.

Finit Boetius de disciplina scholarium cum cōmento
Impressus Lugduni per Johannem de prato. Ann:
domini Milleesimo, cccc. lxxvij. die. viij. februarij.





